



Qb. 155.  
20.

vii 8c





LIBER PRIMVS  
DISPVTA  
TIONVM IV=  
RIS CIVILIS.

Ernesti Cothman  
Lemgovij.



VVITEBERGAE,  
Ex Officina Cratoniana,

M. D. XC.



LIBER PRIMVS

DISPVTA

TIONVM IV

RIS CIVILIS

Ernesti Cotta

Leipzig



VIVIT ET REGNAT

EX OFFICIO CENSORVM

M. D. C. C. C.





INCLYTO AC GENE-  
ROSO DOMINO, D. SIMONI, CO-  
miti de Lippia, &c. Domino suo  
Clementissimo

ERNESTVS COTHMAN  
S. D.



*VM* In Academia Megapo-  
lensi annis ab hinc tribus vel qua-  
tuor, eam Ciuilis Iuris partem, que  
totius legitime scientie elementa  
prima, Iustimiano finitore, comple-  
ditur, notando & disputando (quam optimam Iuris  
docendi & discendi rationem Herennius, Modestius  
nus & Arcadius Charesius, veteris illius & Romae  
ne Iurisprudentie auctores & duces maximi prob-  
bant & laudant) explicassem, atq; studiosis Iuris,  
qui tunc temporis secundum me erant, communicas-  
sem non destiterunt ex illis pleriq; mei amantes co-  
hortari & monere me, ut de publica editione cogita-  
tarem. Quos ego tenuitatis meae mihi conscius pro-  
be, audire & sequi statim non potui, sed nec debui.  
Certè enim maximi momenti res fuerit, hoc litera-  
tissimo seculo jus ciuile ita interpretari, ut doctis &  
beneuole ac rectè iudicantibus placeas. Nam eos

a 2

qui



qui vel stultè, vel malevolè & indignè de me judi-  
cium ferent, planè contempserim. Tandem tamen,  
cum plerofq; juris Interpretes in hoc scriptiois &  
argumenti genere multa perperã tractasse, pleraq;  
scita digna, quedam etiam necessaria, silentio præ-  
terÿsse, nullas vel certè perpaucas, antinomias ab  
Accursio ceterisq; notatas, benè explicuisse & cons-  
ciliasse animadvertissem, persuaderi mihi passus  
sum, quod in primam institutionem imperialem di-  
sputationes duodecim à me ex intima Iurisprudens  
tia descriptas & confectas (quas argumento certis-  
simo esse velim, fore ut ad reliquos Institutionum  
libros benè intelligendos, si D e u s Opt. Max.  
gratiam & otium mihi fecerit, paulò post etiam  
nonnulla à me dentur, in publicum) emittere haud  
sum verit9. Tue verò generositati h. sce ingenii mei  
primitias inscriptas & dicatas velim. Neq; n. est, cui  
possim & debeam jure meliore. Habuerunt parètes  
mei Proavos, Atavosq; tuos feudi Dominos, & te et q;  
iamnù feudi Dominum colunt. Habeo ipse T. G. pa-  
triù dominù, quem etiã debita animi submissione ve-  
neror semper: deniq; habent & laudant omnes docti,  
atq; Musarum castra sequentes te suorum studio-  
rum Mecœnatem, & militie togatæ suæ ducem ac  
Patronum. Accipe igitur Generose & Inlyte Do-  
mine, hasce meas operas artificiales, & me meosq;  
quod fecerunt avi Abaviq; tui, quod facis ipse usq;  
adhuc, in clientelam tuam perpetuò, recipe, & inna-  
ta illa







*Epigramma*  
**AD CLARISSI-**  
**MVM VIRVM D. ER-**  
**NESTVM COTHMANO**  
num I. V. Doctorem.

**P**raclarè legum Doctor: (meminisse ju-  
vabit;

*Verba licet nostris dissonuere modis)*  
*Sint leges, quascunq; velis: custode carctes,*  
*Pendula sunt socio nola carens rhopalo.*  
*Fallor an hoc voluit: quo sic cātare vicissim,*  
*Sicq; pari posset lege referre pedē: (est,*  
*Sit custos, quicunq; velit: ni lex data certa*  
*Est sine campana vix tremulū rhopalum.*  
*Ergo Erneste dec o doctōrum grande virorū*  
*Laus Cothmannorū, Lemgoviumq; melos,*  
*Quo te formantē pariter legūq; Ministros*  
*Et Leges, quo te carmine concelebrem?*  
*Scilicet hoc superest: praestas, ne desit utriq;*  
*Ne nola rhopalum, nolaq; ne rhopalo.*

And. V Vedemejer M.

DISP V.



DISPUTATIO PRIMA  
INSTITUTIONVM EX TITVLO  
I. DE IVSTIC. ET IVRE, ET  
titulo II. De Iure natur. Gent.  
& Civil.

THESIS PRIMA.

*Iusticia est constans & perpetua voluntas, jus suum unicuique tribuendi.* §. I. h. t. l. 10. in pr. Eod.



Currebat hæc inspectio primum, quod cum Finis causarum ultima sit, & rerum pertractandarum ordine sequatur, licet intellectu, cogitatione & consideratione præcedat, merito exordium sumi debuerit: non à iusticia, quæ iuris finis est, sed à iurisprudentia ipsa. Respondi, cum rem aliquam tractaturus, eam à principio & origine, quæ cuiusque rei pars potissima est l. 1. De orig. iuris, repetere debet, Imperatorem quoque suam de iurisprudentia institutionem ab ipsa iuris causa & fonte l. 1. De iustic. & iur. quæ iusticia est, rectè ordiri.

Quæritur quænam sit iusticia, quam Imperator & Ulpianus definiuerunt? Accursius in l. 10. h. t. existimat agi hic de iusticia divina, quam Iovis filiam vocabant. Nec desunt, qui hanc opinionem tueantur, hisce rationibus: Primum quod iuris consulti iusticiæ Sacerdotes appellantur d. l. 1. h. t. Sacerdotem autem nisi rei divinæ dici non putant. Deinde eandem sententiam ex eo probant, quod iusticia iure prior sit d. l. 1. Quod de iusticia humana rectè dici posse negant, cum ea sit legum & institutorum populi obtemperatio. Nec ergo iure prior, sed posterior. Sed est verius iusticiam



eam, quæ humana est, hoc loco definiri. Neq̄ obstat prior argumentatio. Iurisconsulti enim Sacerdotes dicuntur, non quod Deam aliquam colant, sed quod legum, quæ sacratissimæ sunt, l. 9. C. de Legib. Iustitiæ, quam colunt, æquum ab iniquo separando, iustum ab iniusto discernendo d. l. 1. & Iurisprudentiæ, quæ non tantum rerum humanarum, sed & divinarum scientia dicitur d. l. 10. quam profitentur, Sacerdotes & Antistites sint. Deinde non refragatur posterior obiectio: Nam certum est Ius nostrum quo utimur, ab ipsa Iustitia originem traxisse d. l. 1. Nec enim leges conscribi potuerunt sine Iustitia, id est, non prius cognito eo, quod cuiq̄ tribuendum esset. Ideoq̄ Ulpianus Iuris definitionem à Celso traditam ita accipere videtur, si contextum l. 1. penitus intueamur, quasi Celsus dixisset, Ius est ars Iustitiæ. Deniq̄ non est credendum, Imperatorem eius Iustitiæ definitionem præmississe, cuius postea in toto suo opere mentionem fecerit nullam.

Quæri etiam hoc loco solet, an Iustitiæ definitio in concreto, uti loquuntur, an verò in abstracto vera sit? Sed omissis iis, quæ ab aliis passim hæc de re scribuntur, existimaverim definitionem hanc in concreto etiam veram esse. Si enim Iustitia, voluntas perpetua dici debet, ut in subiecto aliquo, h. e. vel in mente divina vel humana residet, necessum omnino est, In illa autem eam non consistere antè probavimus, in hac igitur ut subsistat, sequitur. Neq̄ obstat quod mente humana nihil sit inconstantius & fugacius, quod nemo hominum perpetuò & constanter iustus esse possit, ideoq̄ nec Iustitia constans voluntas definiri queat, ob vim & naturam conjugatorum eandem rationem & definitionem habentium.

Nam



Nam præterquam quod argumentum à coniugatis in iure non est perpetuum, constat quoque perpetuam illam voluntatem non de hominis actu, sed de habitu tantum intelligi debere. Atque ita Azo rectissimè definitionem hanc non quoad actum, sed quoad affectionem intelligendam esse arbitratus est. Quod & testimonio summi istius, ut cum imperatore Leone loquamur, Gratia præconis, confirmari potest, Quemadmodum n. ille in rebus divinis, quod volo, inquit, bonum non facio, quod nolo id vero facio, & eo ipso, voluntatem in se constantem & perfectam esse, quamvis voluntatis illius exercitium & effectus inconstans & imperfectus esset, abundè testatur, quidni etiam homo politice iustus, in humanis rebus idem rectè & verè affirmaverit? Denique, ut brevè faciam, aliter fieri non potest, quam ut is qui ita animo affectus est, ut suum cuique tribuere velit, idem illud ad actum etiam perducatur, quo casu iustitiam virtutem *πραξις*, & legum ac institutorum populi obtemperacionem libens dixerim. Non etiam refragatur, quod iustitiam habitum definiendam fuisse infertur: Nam hoc loco per voluntatem constantem & perpetuam nihil aliud, quam habitum intelligimus. Eadem ratione, quod dicitur. Talia esse subiecta, qualia è prædicatis esse permittuntur, de iustitia vetò prædicetur, quod suum cuique tribuat. Ergo subiectum, iustitiæ scilicet vocabulum, de iustitia operum, quæ in agendo tribuendoque versetur, accipiendum esse: ita diluendum est, si de iustitia quidè rectè prædicari asseratur, quod habitus sit suum cuique perpetuò tribuendi, non etiam, quod actus sit aliquis, semper alteri quod suum est dandi: Nam & liberalitas definitur constantia perpetuæ benignitatis, & de liberalitate prædicatur, quod



perpetuò benignè faciat. Nec tamen inde sequitur liberalitatem in actione consistere, h. e. in largiendò. Nam illud quod datur, vel quod sub oculos cadit, neminem liberalem facit, sed tantum est significatio & argumentū animi liberalis. Denique non mutat quod jus varium sit, ideoque & ipsa iustitia, quæ causa iuris est. Qualis enim causa, talis effectus, & talia sunt principia, qualia sunt ea, quæ à principiis deducuntur. Quia incertitudo hæc non ex iusticiæ vel iuris, quod semper, per se consideratum. certum est, l. 2. de jur. & fact. ig. sed ex subiectorum negotiorum varietate, & circumstantiarum aliarum ratione & diversitate proficiscitur. Id quod exemplo ostendere non est in difficili. L. Papia caducaria introducta erat Augusti tempore, ærarii bellis civilibus exhausti replendi & augendi causa l. unic. C. de cad. tol. postea firmissimè ma pace Reipublicæ reddita, & omnibus in amplitudinem dignitatemque pristinam restitutis merito lex Papia abolita est. Nam quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales & temporibus ipsis mutabiles existunt, quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello, pax, ut imperator in d. l. unic. in prin. C. de cad. tol. ait: Belli calamitas quod introduxit, id pacis lenitas sopit.

## T H E S I S II.

d. §. 1. d. 1.  
10. §. 2.

*Huic æquale & cognatum jus est, quod sub Iuris prudentiæ nomine, rerum divinarum & humanarum notitia, iusti ac iniusti scientia definitur.*

**D**efinitio hæc in reprehensionem definitionis vitiosæ incidit, cum non habeat formam sive differentiam specificam, qua à Philosophia discernatur: Sed omnino statuendum est, eam propriam esse jurisprudentiæ. Licet enim prior definitionis

pars.



pars, Sapientiæ & Philosophiæ universæ, & sic consequenter Iurisprudentiæ, quæ vera & non simulata Philosophia esse creditur, conveniat. posterior tamen eiusdem pars soli Iurisprudentiæ, Iure meritoq; aptatur. Nulla enim ars vel scientia extat, præter Iurisprudentiam, quæ quid iustum, quid iniustum, quid æquum & bonum, quid iniquum sit, in rebus & casibus singulis tam luculenter ostendat & quæ in regendæ Reipublicæ, ac retinendæ Societatis humanæ præceptis præscribendis, minutissima quæq; tam exactè attingat. Ne etiam quis rerum divinarum tractationem Iurisprudentiæ male tribui opinetur, sciendum est, Iurisprudentiam idcirco rerum divinarum scientiam dici, quod quæstiones de rebus verè divinis incidentes decidat, & ut Imperator sub. rub. de concept. Digestorum, loquitur, res divinas bene disponat.

## T H E S I S III.

*Iuris præcepta hæc sunt; Honestè vivere, alterum non ledere, ius suum cuiq; tribuere.*

§. 3. h. t. d.

l. 10. §. 5.

**F**Alluntur, qui Iuris primo præcepto reliqua præcepta contineri, nec speciali aliqua ratione ab his illud distingui posse, arbitrantur. Sunt enim casus, quibus ius quidem suum cuiq; tribuitur, & eo amplius alter non læditur, nec tamen honestatis officio satis fit. Huius rei argumentum inde sumitur, quod inter parentes & liberos testimonii dictio prohibita sit, l. 9. de testib. l. 5. & 11. C. eodem, non quidem ex secundo vel tertio, sed magis ex primo Iurispræcepto. Simili ratione in privatis negotiis filius patrem, vel pater filium iudicem habere potest. l. in privatis De Iudiciis. Neq; ob id in secundum vel tertium Iuris præceptum peccatur, Veruntamen honestius



## DISPUTATIO

nestius faciet filius, si in causa patris, & contra pater, si in causa filii, iudicandi officio non fungatur. Qui enim jurisdictioni præest, neq; sibi, neq; liberis suis jus dicere debet, l. qui jurisdictioni De iurisd. honestate scilicet id suadente. Deniq; ex solo honestè viuendi præcepto à nuptiis quarundam personarum abstinendum esse, plus quam manifestum est. Pari ratione, juris hoc præceptum: Alterum non lædere, ab illo: Suum cuiq; tribuere, facili labore distinguitur. Depositarius, qui depositum furi deponenti reddit verum dominum, quantum in se est, non lædit, sed tamen suum domino non tribuit, uti nominatim scribit Iurisconsultus in l. bona fides, De pos. Deinde præceptum illud, alterum non lædere, aliis etiam virtutibus convenit, ius verò suum cuiq; tribuere, præceptum est soli iustitiæ accommodum.

### T H E S I S I V.

§. fin. h. t.  
l. i. §. i.  
cod.

*Omne jus, vel Naturale vel Gentium, vel Civile est,*

**I**N disquisitionem hoc loco venit, an divisio hæc soli Romano iuri, an verò alii cuiuscunq; juris doctrinæ conveniat? Et quidem eam ad Romanum ius tantum pertinere, sunt qui asseverent, idq; illa, quæ præmissa est, divisionem exigere, & ex §. *Hic ita h. t.* perspicuum fieri opinantur. Sed rectius dicitur, divisionem hanc & subiectas definitiones iuris naturalis gentium, & civilis, universales esse, & cuilibet juris doctrinæ convenire. Nam cum ius Romanum ex hisce præceptis originem traxerit, & ut Imperator loquitur, collectum sit, ut ista illo latius pateant ac ampliora sint, neq; tanquam species sed velut fons iuris Romani recitentur,

sequent



sequens fuerit, Sed, inquit, de jure tantum Romanorum tractaturus, satis habuerit juris tantum Romani definitionem præmittere. Dixerim majoris intellectus gratia. Imperatorem juris naturæ gentium & civilis descriptiones proposuisse, ut quia ex iis præceptis omnibus Ius Romanum conscriptum esse docturus erat, simul etiam, quæ præcepta illa essent, paucis definiret & explicaret. Ad hæc quidam sunt, qui existimant hanc ex Ulpiano & Imperatore desumptam divisionem, nec ipsam sibi constare, nec Pauli divisioni, in l. pen. h. t. congruere, Quod quidem mihi nondum fit verisimile, qui sciam Jurisconsultos, etsi in divisionum partibus quandoque dissentiant, in rebus tamen ipsis convenire. Rerum divisionem aliam Imperator §. 1. i. De rer. divis. aliam C. l. i. Eod. aliam denique Marcianus l. 2. eod. tradidit. Divisiones illæ partibus, non re ipsa diversæ sunt, uti faciente Deo fusius subtit. de rerum divisione, demonstrabitur. Quin & divisionem hanc trimembrem facile reuocabis, Si omne jus vel commune vel proprium esse dixeris: tum illud in naturale & gentium divideris, hoc civile appellaveris, l. jus civile §. h. t. atque ita à Pauli, omne jus vel naturale vel civile facientis, divisione non longè recesseris.

## T H E S I S V.

*Naturale jus est, quod natura omnia animalia §. 1. h. t. d. docuit: Hinc descendit maris & femine coniunctio, l. 1. §. 1. Etio, & consequenter liberorum procreatio & educatio.*

**O**bstat quod nec iniuria l. 1. Si qua: paup. &c. nec jus, in bruta animalia cadat, Respondeo, Vccca?



## DISPUTATIO

Vocabulo iuris, Imperatorem, quoad animalia bruta, significare velle incitationem naturalem & naturæ vim. Bruta enim ius sine ratione, cuius certè si propriè loqui velimus, planè expertia sânt, sequuntur, solus homo rationem adhibet, quod ius naturale à Iurisconsultis dicitur. Est autem aliud quoddam ius naturale, idem quod ius gentium appellatur, de quo in thesi VII. Atq; inde Doctorum illa iuris naturalis in primævum & secundarium distinctio, non satis concinna. Nec enim tempore hæc iura, sed tantum vsurpatione, & accommodatone distinguuntur. Ius naturale est omnium animalium. Qua ratione commune ius dicitur, quod omnibus animalib. commune sit l. 6. in prin. h. t. Ius gentium est quidem ius naturale, sed omniâ tantum hominum. Quo fit ut adiectione facta commune omnium hominum ius Cato dicatur l. 9. h. t. Porro Vlpianum & Imperatorem Iustinianum, maris & feminae coniunctionem ac liberorum procreationem, iuri naturali tribuentes, atq; adeo homines cum brutis societate iuris coniungentes, nõ tantum Coniugii splendorem labefactare, sed & incestos concubitus approbare videri cuiquam possent. Verum illi cum Paulo respondebimus, non oportere ius civile calumniari, neq; verba captari, sed qua mente quid diceretur animadvertere convenire, l. pen. Ad exhibend. Imperator autem & Vlpianus hoc tantum docere volunt, ex naturæ vi, maris & feminae coniunctionem descendere. Idem iudicium Ciceroni in bestiis, dicenti, vis naturæ inspicere potest, quarum in fœtu & educatione laborem cum cernimus, ipsam naturæ vocem videmur audire, fuisse legimus. Et scæpe quamvis bruta ab incestis coitibus non abstinere concedatur, non inde tamen sequetur, procreationem naturæ

turæ



PRIMA.

turae tribuendam non esse. Nec item inde bestia homini societate iuris coniungitur, si natura liberorum procreationi & ipsi maris & feminae conjunctioni principium præbere dicatur, cum quæ à bestiis cõmuni natura duce, ex sensu & incitatione naturali committuntur, ea ab hominibus rationis lumine emendata & correctâ naturali iure præstentur. Dices, cur igitur hanc naturæ vim, potius ius, quàm concitationem naturalem appellare maluerunt. Id verò dixerim fieri à principaliori & nobiliori animali, scilicet homine. Et valde stultum est, quod interpretes quidam Iuris naturalis definitionem exagitant, ea ratione, quod secundum eam cibum capere, bibere, dormire, currere, quiescere, iuris sit. Imperator enim & Ulpianus omnes actiones & facta, quæ homini cum brutis communia sunt, iuris nomine non complectuntur, sed ius omne, quod in natura positum est, si à brutis etiam ex naturali incitatione quodammodo custodiatur, ius naturale appellant. Denique maris & feminae coniunctio communis est omnium animalium, & est eadem propria solis hominibus, quemadmodum in No. 22 in princip.

THESIS VI.

Ius gentium est, quod ab omnibus populis, vel §. 1. & 2. h. saltem à bona omnium parte summa consensione t. d. l. 1. in proditum, probatum, & receptum est, Ex hoc ius fin. l. 4. re bella, captivitates, servitutes, Manumissiones, vers. quæ dominationes principium habent, Ex hoc item omnes res, l. 9. omnes ferè contractus & obligationes descendunt. Eod.

Ius gentium alibi Imperator ius naturale appellat, quod cum ipso genere humano rerum natura prodiderit, §. singulorum De rer. divis. Dicitur quoque ius commune l. 6. h. t. bonum & æquum l. pen.



pen. De justic. & jur. naturalis ratio, §. Ius autem civile h. t. l. 9. D. eod. naturalis æquitas, §. Theofauros, §. per traditionem De rer. divis. l. i. De pactis, natura l. 14. De condict. in deb. l. cum amplius §. de R. l. mores, l. Sororis de rit. nupt. l. 19. de capt. & post. revers. Ceterum quæri potest quæ fiat, quod iurigentium servitus attribatur: Iurigentium à natura est, Nil verò naturæ tam est contrarium, quàm servitus, uti ex libertatis definitione constat. Sed responderi debet, Servitutum naturæ non esse contrariam, sed ab ipsa humanitate & natura descendere. Humanius enim est hominem servare (unde servitus dicta) quàm occidere, præsertim cum facile contingat ut in servitutum redactus servitutis jugum sibi impostum legitime deiciat, Ad quam rem à Iuregentium multi modi libertatem repetendi, inventi sunt. Ultimo quod de contractibus dicitur eos penè ex iuregentium suam trahere originem, difficultatem non habet, sed tamen cum nonnulli contractus juri civili ascribantur, qui præcipue illi sint quæritur? quod ipsum suo loco expediemus.

## THESES VII.

d. §. 2. d.  
l. 9.

Ius civile dicitur, quod quedam hominum in unum congregata multitudo, Ius sibi constituit.

## IIX.

d. l. 9.

Omnes verò populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur, Quod exemplo Romanorum confirmari potest.

IX.

Qui



Qui ad Reipublicae suae rectam constitutionem, §. 4. tit. 1.  
 & perpetuam conservationem, partim ex communi, d. l. 1. §. 2.  
 partim ex proprio quorundam populorum jure,  
 Ius sibi proprium constituerunt, & vel ad Romanae  
 rei statum, res sacras, Sacerdotes, Magistratus con-  
 cernentem: Quod publicum, vel ad singulorum ci-  
 vium utilitatem, Quod privatum jus est, direxe-  
 runt.

**N**on desunt, qui opinentur, Ius publicum ex  
 naturalibus gentium, & civilibus praeceptis  
 collectum non esse, idque his fundamentis. Pri-  
 mum, quod ex hisdem praeceptis Ius privatum de-  
 sumptum sit. Possit forte responderi, diversorum  
 generum unam eandemque esse posse materiam, si  
 modo forma, quae cuiusque rei substantiam consti-  
 tuit, l. 9. §. 1. ad exhibendum, & materiae potentiam  
 vincit, uti eleganter scriptum est in l. 78. §. illud De  
 legat 3. alia & diversa sit. Sed est verius dicere, quod  
 ipsa juris publici materia, à privati juris materia,  
 non minus quam ipsum Ius publicum à privato,  
 differat. Nam publicum Ius ex publicis, gentium,  
 & civilibus, privatum ex privatis, naturalibus,  
 gentium, & civilibus praeceptis desumptum est.  
 Neque obstat quod Ius publicum non conveniat brus-  
 tis, atque ideo naturale dici nequeat, quia naturale  
 Ius fit, quod natura omnia animalia docuerit.  
 Nam respondemus iuris naturalis definitionem eam  
 ad Ius privatum, quod singulorum utilitatem con-  
 cernit, tantum pertinere. Et omnino rectè dicitur,  
 ex naturalibus illis praeceptis, quae etiam brus-  
 ta natura docuit, Ius publicum collectum non esse.  
 Quemadmodum etià ex Gentium & civilibus prae-  
 ceptis privatis, h. e. utilitatem privatorum con-  
 cernens



cernentibus, Ius Romanorum publicum describitur non esse, bene adfirmatur. At ex naturalibus sive gentium & civilibus aliorum populorum moribus publicis, Ius Romanorum publicum quadamtenus collectum esse & causam habere, vero simile est. Nam primum religio erga Deum, quæ iuris publici est, ex iure gentium originem habet. Neque refert, quod unus quisque populus peculiare ritus & ceremonias observet, Nam hoc ad formam non ad originem pertinet: Quia & Ius privatum Romanorum peculiarem & diversam accipit & habet formam ac rationem ab ea, quæ iure naturæ, & gentium generali præmonstrata erat. Ita Magistratus auctoritas & veneratio, quàm iuris publici esse constat l. 1. §. 2. h. t. origine iuri gentium rectè attribuitur, cum nulla gens tam sit fera & immanis, quæ societatem humanam, & eius tuendæ ac recondendæ Rectorem & Magistrum aliquem non colat & veneretur. Deinde ex civili quoque iure Ius publicum collectum est. Obstat, quod Ius publicum sit solius civitatis, ideoque nec civile dici possit, quod latius patet, & ad singulorum utilitatem respicit. Possis forte respondere Ius civile tam ad ipsam civitatem, quàm ad civitatis incolas, & civium utilitatem pertinere l. 9. verb. ipsius civitatis h. t. Et etiam non absurdè dicere, quod à populo pro ipsa civitate Ius constitutum est, ipsi populo constitutum censi. Sed quia id per consequentiam quandam fit, & quod civitatis Ius est, ad singulos cives, principaliter non pertinere constat. l. 6. de divis. rer. & qualit. Verius est dicere, Ius publicum ex civili iure originem habere, non eo quidem, quod privatum, & ab uno quoque populo ad singulorum civium utilitatem constitutum est, sed eo, quod quisque populus, ad civitatis suæ



sue statum constituit. Ergo quæadmodum ius Ro-  
 manorum privatum ex generalibus illis naturæ  
 ac gentium, & civilibus illis naturæ ac gentium,  
 & civilibus præceptis, ad privatorum utilitatē perti-  
 nentibus collectum est. Sic etiam ius Roman. publ.  
 ex generalibus, naturæ siue gentium, & civilibus  
 præceptis statum Reip. concernentibus desumptū  
 esse recte dicitur, ita tamen ut utrumque tam privatum  
 quam publicum Romanorum ius, certā for-  
 mam & rationem urbi Romæ, populoque Roma-  
 no convenientem, & ab ea, quam naturæ gentium  
 & civilia præcepta præmonstraverant longè aliam  
 & diversam postea acceperit, ut iam mirum non  
 sit, quod Imperator & Iurisconsultus divisione ius-  
 ris in publicū & privatū præmissa, ius privatum  
 ex tribus illis præceptis collectum esse, scribant,  
 Iurispublici mentione omni suppressa. Præcepta  
 .n. dicunt, quæ singularum gentium privatam uti-  
 litatē concernunt, & de solo, uti dictum est, privato  
 Romanorum iure tractaturi, eius originē ex iure  
 naturali gentium & civili privato repetere satis  
 habent. Porro non obstat quod de ordine in thess.  
 nostra perverso adfertur. Etsi .n. ordo à nobis des-  
 finitus ab ordine quem Iustinianus servavit, scrip-  
 ptura differat, re ipsa tamē cum Iustiniano unus id-  
 demque est, Cum .n. Iustinianus ius privatum ex na-  
 turalibus gentium, & civilibus præceptis collectū  
 esse docet, hæc præcepta origine, amplitudine & res-  
 rum pertractandarum ordine posteriora & priora esse  
 haud obscure innuit, denique ad divisionem iuris bi-  
 membrum impugnantā adfertur rescriptum impe-  
 ratoris in l. ult. C. de sacrosanctis Ecclesiis, ubi ius  
 vel sacrum, vel publ. vel privatum, constituitur. Sed  
 potest illa trimembris iuris divisio ad bimebrē  
 facile revocari, & ius omne vel publicum vel privatum,



tum, rursus publicum, aliud sacrum, quod in sacris vel Sacerdotibus, aliud, quod in Magistratibus consistat, dici. Neque eam novum est, utque bimestris tuit divisio, ea trimembris, vel quadrimembris fiat, contravere uti pluribus Cuiacius noster observat. lib. 15. cap. 33. docet.

## THESIS X.

d. l. i. in pr. *Ius civile Romanorum artem boni & equi cum Celso eleganter definiverimus.*

**I**N hanc thesin quaestio illa venit: An iustitia iure prior sit? Ad quam ita breviter responderi debet. Ordinem naturae esse, ut quaelibet scientia posterior sit eo, cuius est scientia. Ergo & ius, iustitia erit posterius, quia ius est scientia & ars iustitiae. Quo fit ut titulus noster, tam in Digestis, quam in Institutione hac prima, ita conceptus sit, de iustitia & iure, non ita de iure & iustitia. Neque obstat quod ex vocabulo iuris verberio a iure iustum, & inde iustitia derivetur, imo ex ipsa rerum natura, qua iustitia voluntas dicitur ad faciendum id, quod ius esse, ratio ante distavit, iustitia iure posterior dicenda sit. Nam in thesi nostra ius intelligimus juris doctrinam sive iurisprudentiam Romanam, non ius illud quod in natura positum, & hominibus divinitus inditum est. Nunc ad definitionem ipsam, quam vitio laborare a doctissimis nonnullis creditum est, quod ars definiatur, cum ars sit universorum, ius civile unius civitatis. Respondetur primum, artem in definitione pro scientia accipi. Ars enim est eorum, quae sciuntur, nec minus ius civile, quam alia quaelibet ars sua universalia quaedam praecipua complectitur, & generales quaedam regulas, easque certas velut fundamenta quaedam,



quædam, & principia habet, ex quibus infinita alia rectè decidi possunt: Rectè igitur ars definitur, si verum est, quod Porphyrius artem de infinitis finitam doctrinam dixerit Accurs. in l. 1. h. t. Deinde de quando ius artem definimus, iuris prudentiam intelligimus Romanam, quæ universorum est. Nam, ut Imperator noster in Proœmio Institutionum & Digestorum, omnes, inquit, Civitates sequi debent leges Romanas. Atq; inde si quod universorum est, artis nomine denotari debet, utiq; & ius Romanum in artem cadet, sive universum de eo quod præceptione, siue de eo, quod observatione, siue deniq; de eo quod intelligentia & scitu universum est, l. 9. C. de legib. acceperis. Certè Vlpianus affirmare haud veretur, Celsum ius eleganter definivisse artem. Deniq; non retrahatur, quod natura ius insitum sit, atq; adeò in artis nomen non cadat. Nam principia iuris intata nobis sunt, ex quibus deinde ius certum & universum salia quædam iuris præcepta, regulæ, definitiones, & divisiones certa arte conficiuntur. Quod etiam in omnibus aliis artibus, Dialectica puta, & Arithmetica, &c. ita usu venit.

THESIS XI.

*Est q; vel scriptum, vel non scriptum, Illius species sunt, Lex, plebiscita, Senatus consulta, Principum placita, Magistratum Edicta, Responsa prudentium.* §. 3. tit. 2. l. 6. §. 2. h. t.

**I**ncurrit hic illa inspectio, utrum ius scriptum Lex ius non scriptum, consuetudo, rectè dicatur, cum leges aliquando scripto non sint comprehensæ, E diverso consuetudines reperiantur, puta Fendorum iura scripto comprehensæ. Sed ut hoc primum

b 3 ab soly



absolvamus, sciendum est, ius Rom. partim ex scripto, partim sine scripto consistere. Scripto ius Rom. comprehensum esse, illæ quibus uamur leges, si quido probant, iure quoq; non scripto Romanos usos esse formulæ hæ, Moribus receptum est, moribus prohibemur, moribus introductum est, satis superq; confirmant. Quod verò dicitur consuetudines quandoq; scripto contineri verum est, sed inde divisio nostra non subvertitur: ius n. scriptum à iure non scripto neutiquam ex eo distinguimus, quod illud chartæ, membranæ, vel codicibus inscriptum sit, hoc non item, sed quod illud sanctione aliqua introductum, vel iussu summæ in Rep. potestatis confirmatum & scripto comprehensum sit, hoc vero nullam præ se sanctionem ferat, sed in tacito tantum utentium cōsensu fundetur, nec iussu superioris literis mandatum sit: & huc referri debent usus feudales, qui etsi iuris corpori inferri, & literis commendati sint, non ideo tamen iuris non scripti nomen amisisse dicentur, cum his nullius principis, vel similem aliquam potestatem habentis auctoritas, sed solus isq; tacitus consensus utentium accesserit. Transeamus nunc ad partes iuris scripti, quarum plerasq; iuris scripti species esse, & sanctionem siue iussum præ se ferre, non est obscurem, Lex puta, Principis, in quem omnis populû potestas lege Regia translata est, placitum, plebiscitum, quod ex lege Hortensia non minus valere quàm lex cepit. De Senatus consultis & responsis prudentum maior est dubitatio? Sed constat ea legis vel potius constitutionis vim & vigorem obtinere, ex Imperatoria sanctione. Queritur quid sit, quod Iurisconsulti iuris conditores & auctores appellentur? Id verò ideo, quod Iurisconsultorum interpretatione, responsis, & consultationibus iura potissimum



piffimum tradita & illustrata sint, quæ tamen ipsæ  
 responsa legis auctoritatem non ante habuerunt,  
 quàm constitutionibus principum confirmarentur.  
 Neq; obstat, quod in Pandectis, capitibus legum,  
 quarum auctor est Paulus Iurisconsultus, pæsim  
 talis inscriptio præposita sit, Paulus libro Decret  
 torum, &c. Librum enim decretorum Paulus dicit  
 cit, non quod ipse decreta conscripserit, sed quod  
 Imperatorum decreta in eum librum relata & cono  
 gesta, explicuerit. Ea em ratione ius civile Pa  
 pirianum, Flavianum, Aelianum dicimus, non  
 quod Papius, Flavius, Aelius de suo quidquam  
 addiderint, sed quod leges sine ordine latas & a  
 ctiones in unum composuerint, l. 2. de origine iur  
 ris. Ipsos enim Iurisconsultos potestatem legis  
 ferendæ & tollendæ non habuisse, multis compro  
 bari potest. Ulpianus consultus respondit, legem  
 illam perquam duram quidem, sed tamen ita  
 scriptam esse, l. prospexit, Qui & à quibus &c.  
 Antoninus inter ius & æquitatem soli principi &  
 licere & oportere interpretationem interponere  
 sanxit, l. 1. C. de legib. Justinianus legum ferendæ  
 rum potestatem penes principem esse rescripsit l.  
 9. & ult. C. d. t. ut parum prudenter faciant, qui  
 hodie communibus illis & præiudicatis atq; hinc  
 inde emendicatis, & quandoq; etiam ementitis o  
 pinionibus vim legis tribuunt, & ius nostrum,  
 cuius anima ratio tantum est & esse debet, opinio  
 nibus involuunt, atq; ita viris sapientibus ex solo  
 opiniois nomine, exosam Iurisprudentiam  
 non sine summa sanctissimæ rei iniuria & dede  
 core reddunt. Deniq; Magistratum five præto  
 rum Edicta in Pandectas, auctoritate & iussu Iu  
 stiniani relata, Iuris pars sunt, & vim constitutio  
 num habere dici possunt, leges enim non sunt, sed



nec legibus similia, §. quod autem i. de bonorum  
 possess. §. item si in iudicio i. de except. obstat l.  
 i. §. 2. Unde cognati, & Paulus recept. sententiar.  
 lib. 3. tit. 3. Vbi edictum Prætoris lex appellatur.  
 Sed hoc fit Vocabuli, Legis, abusione. Dicuntur  
 hæc Edicta ius Prætorium & ius honorarium. Quæ-  
 ritur de iure ædilitio? Et quidem hoc Iuris hono-  
 rari nomine denotari certum est, sed prætorii ta-  
 men iuris appellatione, ius ædilitium significari  
 nusquam legitur: ius enim prætorium & ædiliti-  
 um, quasi iuris honorarii species sibi opponuntur.  
 Neque obstat §. Prætorias i. de divisione stipulati-  
 onum. Nam ibi particula illa (Prætoris) redundat, uti ex  
 Theophili Græcis institutionibus & ex l. 5. D. de  
 V. O. Cuiacius ibidem demonstrat, Planè ius  
 prætorium sic exaudiri potest, ut in eo ius ædiliti-  
 um contineatur, & eius portio sit, ut idem Cuias-  
 cius ob. lib. 8. cap. 38. rectissimè docet. Est  
 ergo prætorium ius pars & species Iuris scripti, sed  
 obstat quod Papinianus ius civile scriptum à Iure  
 Prætorio distinguat. Dicendum est id fieri ob pro-  
 prias & peculiare, quas Prætorium ius à civile  
 habet, proprietates & leges, Ius civile directum  
 & asperum, Ius Prætorium mite & moderatum est,  
 Ius civile heredem facit, Ius Prætorium bonorum  
 tantum possessorem, &c.

## T H E S I S XII.

§. 9. tit. 2. l. 1. *Ex non scripto Ius venit, Quod usus approbas-  
 36. de leg. vit, magne auctoritatis ius, Quod in tantum prob-  
 batum est, ut scripto comprehendere non fuerit  
 necesse.*

*Quæ ad hanc thesin facere videbuntur, in Col-  
 ronide secunda explicabimus.*

C O R O



## CORONIS I.

*Utrum aequitatis, an scripti juris potior sit habenda ratio?*

IN hac quaestione ea placet responsio, qua iuris scripti praecipua ratio esse dicitur, & inscriptum iudicibus, ac iurisconsultis intuendum & sequendum esse respondetur. Primum namque contra iuris rigorem à iudice latam sententiam non valere Modestini responso docemur l. si expressim de appellat. Deinde iurisconsultos à scripta lege ad aequitatem, quam ipsi fingant, deflectere minimè posse, non tantum rescripto Antonini cavetur, quod in ter ius & aequitatem interpositam interpretationem solis Imperatoribus & licere & oportere inspiciere praecipit l. i. C. de legib. Sed & ipsius Iurisconsulti Ulpiani auctoritate comprobatur, qui legem quam perquam duram intelligebat aequitatis interpretatione mitigare non potuit, sed eam ita scriptam esse respondit, l. prospexit, Qui & à quibus manum, &c. donec duritiam illam Imperatores sua constitutione moderarentur l. in adulterii C. ad l. Iuliam de adult. Denique ius scriptum certum est, à quo quantum recedimus, tantum ab ipsa boni & aequi arte declinamus. Qua ratione in quaestione de bono & aequo, si Iurisconsultus iuri scripto non hæreat, sub auctoritate juris scientiae perniciosè errari responsum est l. si servum §. sequitur videre de verb. oblig. Opponitur rescriptum imperatorium, quo placuisse dicitur aequitatis quam scripti iuris rationem praecipuam habendam l. placuit C. de iudic. Ne dicas in d. l. placuit, Imperatores aequitatem scriptam intelligere, & eam iuri stricto praeferrere velle. Nulla enim est aequitas scripta, vel si quæ est, ea iuris scripti



## D I S P U T A T I O

nomen obtineat necesse fuerit. Est namque ius ars  
boni & æqui, Melius est istius controversiæ compo-  
nendæ hanc discriminationem adhibere, ut in  
iis, quæ palam scripto comprehensa sunt, licet per  
quam dura esse videantur, à scripto recedendum  
esse negetur. In iis autem, quæ scripto comprehen-  
sa non sunt, æquitatem potius, quam strictum ius,  
sequendam esse respondeatur p. t. placuit. Atque hæc  
est adnotatio Accursii posterior, eaque verissima,  
quæ Iurisconsulti responso, quo, ita inquit, æqui-  
tas suggerit, etsi iure destituamur, dilucidè con-  
firmatur, l. 2. C. de aqua, & aqua pluvia arcend. &c.  
Cuiacius quidem d. l. placuit, ex l. ult. C. de lon-  
gi temporis præscript. quæ pro libertat, &c. expli-  
candam, & ad eius legis facti speciem restringen-  
dam esse ex inscriptionum similitudine bellissimè  
putat, Sed quia d. l. placuit, verba hæc (in omni-  
bus rebus) inserta sunt, posteriori huic solutioni  
prior illa coniungi debet, quam etiam Cuiacio  
non displicere monumenta ipsius, quæ de iure fec-  
it, testantur.

## C O R O N I S II.

*Consuetudinis an legis major sit auctoritas?*

**Q**uemadmodum Modestinus, legis virtutem  
& potestatem hanc esse dixit, imperare, veta-  
re, permittere, punire l. legis de L. L. Sic consue-  
tudinis eandem potestatem esse rectè dicitur. Nec  
enim minus valent ea, quæ sine ullo scripto tacite  
populus probavit, quam quæ iudicio populi rece-  
pta sunt l. de quibus d. t. Sed quid si consuetudo  
cum lege concurrat, quarum solet utrum consuetudo  
vincat, an vincatur? Et quidem dubium non est,  
populum Romanum penes quem ferendæ legis  
auctoritas fuit, eiusdem vel expresse vel tacite ab-  
rogandæ



rogandæ potestatem habuisse. Ea enim quæ ipsa sibi  
 civitas constituit sæpè mutari solent, vel tacito po-  
 puli consensu, vel alia postea lege lata. §. sed natu-  
 ralia h. t. Verùm opponitur l. 2. C. quæ sit longa  
 consuetudo, ubi Imperator scribit: Consuetudinis  
 ususq; longævi non vilem esse auctoritatem, sed  
 tamen non usq; adeo sui valituram momento, ut  
 aut legem, aut rationem vincat. Qui huius Anti-  
 nomia dissolvendæ causa ita distinguunt, ut vel  
 lege consuetudinẽ priorem vel posteriorem esse,  
 & ab hac non ab illa legem vinci dicant, textus  
 verba non rectè perpendunt, & quid respondeant,  
 non satis intelligunt. Quando enim legem con-  
 suetudo vincere, vel non vincere dicitur, ut lex  
 prior fuerit necesse est, Sic nec ii, auctoritatem tri-  
 buunt, ut quemadmodum hæc expresso, sic illa ta-  
 cito consensu recipiantur. Nam hoc etsi verum sit,  
 tamen dict. leg. 2. sententiam non satis explicat.  
 Accurſus plures alias solutiones adfert, quarũ ple-  
 ræq; textui non congruunt, ideoq; iis omiſſis, vi-  
 dendum est, an ne rectè dicatur, in iis quæ lege de-  
 finita sunt consuetudinem non attendi, in iis verò,  
 quæ lege non sunt definita, consuetudini locum  
 esse. Diuturnam enim consuetudinem in iis, quæ  
 ex non scripto descendunt, pro iure & lege obser-  
 vari solere, Ulpianus respondit l. 33. de legib. Et  
 Imperator noster Iustinianus sancit, ne quæ con-  
 suetudo quantitati & præstationi usurarum consti-  
 tutione sua definitæ detraheret, l. eos, C. de Usu-  
 ris. Deniq; Antoninus naufragis, qui à vicinis lo-  
 ci eius, ubi naufragium fecerant, spoliati & bonis  
 exuti erant, ab ipso auxilium petentibus respon-  
 dit, lege id Rhodæ iudicandum esse, si ea legibus  
 Romanis adversa non esset l. deprecatio de l.  
 Rhod. de iact. Et ut summam dicatur, consuetudo nullo



de nullo jure usurpata vel contra ius recepta tantū  
 abest ut recipi debeat, ut etiam, qui eam obtendit  
 iniuriarum teneatur l. iniuriarum §. fin. de iniur.  
 Qui textus etsi de jure gentium per consuetudinē  
 non tollendo loquatur, tamen inde quid de con-  
 suetudine contra ius civile introducta dici debeat  
 animadvertere licet. Atq; hæc certissima sunt.  
 Sed quia illud præcipuè controvertitur an in iis,  
 quæ legibus definita sunt, consuetudinis adver-  
 sè auctoritas major esse possit & haberi debeat,  
 sic statuendum tandem fuerit, consuetudine, quam  
 ratio maior suavit l. i. C. Quæ sit long. consuet.  
 quamq; publicæ utilitas, & tacitus ac inveteratus  
 omnium consensus recepit & probavit l. de quib.  
 de legib. atq; rerum perpetuò similiter iudicata-  
 rum auctoritas firmavit arg. l. 38. d. t. legem.  
 cuius ratio cessavit, vel quæ minus nunc Reipub.  
 confert & parum utilis est, abrogari & tolli posse.  
 Id exemplo dilucidius fiet Obertus de Orto, Les-  
 gum, inquit, Romanarum, non vilis est, auctori-  
 tas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum  
 vincant, aut mores, Per usum & mores intelligit  
 consuetudines feudales, quæ cum ratione alia,  
 quam ius civile, introductæ & receptæ sint, merito  
 quoq; aliud, & à Romano diversum ius consti-  
 tuunt.

**DISPUTATIO SECVN-  
 CVNDA, EX TIT. III. DE  
 IVRE PERSONARVM TIT.  
 IY. De ingenuis.**

**THESIS PRIMA.**

Juris



*Juris subiecta tria sunt, Personæ, Res, & A.*

*§. fin. tit. 2.  
l. 1. De stat.  
homi.*

*ctiones.*



Ac juris ex subiectis divisione, con-  
ventiones, testamenta, delicta, obli-  
gationes, acquisitiones, &c. præ-  
termitti, sunt qui existiment, atq;  
ideo pro tertio juris subiecto, quod  
in actionibus consistit, facta ac di-

cta personarum substituunt, Sed quidquid illi  
statuant, parum refert, certum illud sit ex hac di-  
visione nihil immutandum esse. Et primo falsum  
est, quod dicitur, conventiones, obligationes, &c.  
hac divisione non comprehendi, Rei appellatione,  
inquit Iurisconsultus, omnes res tam corporales,  
quàm incorporales h. e. iura continentur. Iur-  
ta autem sunt, servitus, hereditas, possessio, obli-  
gatio, &c. Sed inquires, hoc si verum est, seque-  
tur Actiones quoq; rei appellatione significari, &  
per consequens duo tantum juris subiecta consti-  
tuenda esse. Dicam id commodum fieri non posse,  
Imperator enim quando actionem definit ius,  
non hoc vult Actionem esse rem incorporalem,  
sed esse agendi facultatem. Et sanè sub re incor-  
porali actiones comprehendere absurdum erit,  
cum Iurisconsultus Paulus, his verbis: Qui actio-  
nem habet ad rem, siue ea sit corporalis, siue in-  
corporalis, recuperandam, ipsam rem habere  
videtur, &c. Rem non tantum corporalem, sed &  
in corporalem ab actione dilucidè satis distinguat.  
Deniq; ipsa etiam Facta nihil aliud sunt, quam res.  
Ita enim dicimus in locatione, rem intervenire,  
per rem etiam faciendâ necessitatem significan-  
tes.

T H B



d. §. fin. l.  
2. de stat.  
homin.

*De Personis velut dignioribus, & quarum causa ius constitutum est, primò despiciendum erit.*

§. 1. h. r. 3.  
l. 3. d. t.

## THESIS III.

*Summa itaq; de iure personarum divisio hæc est, quod omnes homines aut liberi, aut servi, sint.*

Summa dicitur, quod sit prima, & quod eam ad hanc posita adinvenitæ sequantur arg. l. Capitalium, in pr. de poen. Divisio hæc vitiò laborare dicitur, quod angustior sit, nec omnium hominum genera complectatur, cum homines, qui neq; liberi, neq; servi sunt, habeantur. Fatendum est subtili consideratione verum esse, quod inter liberos et servos medium quoddam genus, qui statu liberi dicuntur, constitui possit, atq; inde servum debens, statu liberum dando non liberatur l. 38 §. qui hominem desolut. Sed rei veritate penitus inspecta, statu liberi revera servi sunt, quibus casus libertatis est implicitus. l. ult. Si ex nox causa agatur.

Et quod statu liber pro servo dari & solvi nequeat, non ideo, quod statu liber servus non sit, sed quia brevi servus desiturus sit, fieri existimaverim. Re enim minus solveretur, quod iura civilia non patiuntur. Illud sanè negari nequit, temporis progressu alia hominum genera esse cœpisse. Sunt enim alii censibus adscripti, qui planè servi sunt. Alii sunt tributarii sive adscriptitii, qui si servos respexeris, pro liberis reputantur & à servis distinguuntur, si homines liberos consideraveris pro servis habentur. De quibus in lib. II. Codicis, plenius agitur. Sed tamen adhuc obstat, quod servus pro derelicto habitus neq; liber



liber sit l. ult. Pro derelicto, neq; servus, quia Dominum non habet l. quemadmodum §. 1. de nox. act. l. quod servus, de stipular. servor. Dicendum est servum pro derelicto habitum, dominum quidem non habere, sed nihilominus tamen servum esse. Nec enim servi aliis, quam quibus solent, modis, dominica potestate exeunt, & ad libertatem perveniunt arg. l. parte. De his qui sui vel alieni juris sunt: Deinde non refragatur, quod servus personam habere negetur, eoq; sub personarum divisione comprehendere non possit. Nam personarum appellatione hoc loco homines inteligi, non tantum divisio nostra sed & Iurisconsultus Hermogenianus ostendit, quando hominum causa omnine jus constitutum esse docet, Quamvis si personam proprie & pro eo, quo homo in civili vita imbutus est, statu accipias, servum personam non habere verum sit l. 3. in princ. Ne quis eum qui in jus vocabitur vi eximat.

## T H E S I S I V.

*Liberos dicimus, qui fruuntur inestimabili illa re, libertate, qua est facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibeatur.*

§. 1. h. r. 3.  
l. 4. d. t.

**D**efinitio libertatis formam non habet, que eam a servitute distinguat. Nam & servi possunt quidvis, nisi vi aut iure prohibeantur. Duplex est responsio. Primum enim certum est, servos naturali illa & libera facultate destitutos esse, cum in vii parere cogantur. Qua ratione, Libertas a natura, servitus contra naturam esse dicitur. Deinde, libertas impeditur vi, vis vero vel iniusta vel iusta est, vis iniusta, etsi naturalem illam facultatem coercere valeat, libertatis tamen jus in nihilum laedit.

Quemadmodum



Quemadmodum enim Ingenuitati non officit in  
 servitute fuisse, h. e. alii iniuste servivisse, ita li-  
 bertatis iuri non officit iniusta videtentum su-  
 sc. l. qui à latronibus, in pr. Qui testamenta fac, &c.  
 Iusta autem vis, quæ ex bello & captivitate con-  
 tingit, libertatem prohibet, & ipsum ius liberta-  
 tis adimit, atq; ex libero servum facit. Pari ra-  
 tione ius impedit libertatem, quando bello captos  
 & servos effectos in eo statu, donec legitime ad li-  
 bertatem redeant, permanere vult, atq; ita ipsam  
 libertatem tollit, Nam quod vulgo, vocula, iure,  
 ita accipitur, quasi Imperator naturalem illam  
 hominum quid vis faciendi facultatē per ius coëra-  
 ceri & in officio homines retineri velit, textui &  
 ipsi definitioni satis convenire haud dixerim: Le-  
 gum enim imperio tantum abest ut libertati quic-  
 quam detrahatur, ut Cicero scripserit, Legum nos  
 servos esse, ut liberi esse possimus. Quin imò  
 princeps qui legibus alligatum se profiteri debet,  
 l. digna vox C. de legib. nihilominus legibus sol-  
 lutus esse perhibetur l. princeps, D. eod. Ergo vis  
 iusta, & iuris gentium consensus libertatis sunt de-  
 structio. Rursus opponitur, quod servi à Domino  
 manumissi, liberi nuncupentur quos tamen na-  
 turalem illam facultatem habere vix recte dice-  
 tur. Respondendum est primæ libertatis defini-  
 tionem hic proponi. Quinima ex quorundam  
 sententia manumissis quoq; hæc definitio recte ac-  
 commodabitur, Quia nimirum manumissis li-  
 bertas verius restituitur, quam datur. Sed hoc de  
 liberis hominibus captis, & in servitute aliquan-  
 diu detentis, & postea manumissis bene respon-  
 detur. Quid vero de iis, qui servi nati sunt? Ten-  
 tari potest in huius modi servos patrum suorum  
 primum in servitutem redactorum ius & spem, de  
 liberis



SECUNDA.

27

libertate h. e. naturali illa facultate aliquando quasi per postliminium recipienda, transmissam esse. Nam etsi patribus primùm bello captis libertas adempta sit, tamen velut libertatis reliquias in ipsis mansisse non ineleganter dicitur arg. l. 8. De his qui sui vel alieni, &c.

THESIS V.

Servos verò appellamus, qui ex naturali illa libertate, in servitutem redacti sunt, inde dicti quod *serventur*, nec occidantur.

§. 2. d. t. d.  
l. 4. §. 4.

THESIS VI.

Servitus est constitutio iurisdictionum, qua quis contra naturam dominio alieno subicitur.

§. 2. d. t. d.  
l. 4. §. 1.

Obstat quod servitus non tantum gentium, sed civilis iuris sit constitutio: Nec enim minus iure civili, quam gentium servi fiunt: Respondendum est, origine & prima servitutis causa inspecta, servitutem iurisdictionum tantum esse. Si contra veneris & definitionem secundum illa tempora, quibus iure quoque civili servi fiebant conscribendam fuisse contenderis, dixerim ius gentium in definitione ita exaudiri debere, ut civile ius sub se comprehendat. Quæcumque enim iuris civilis sunt, illa etiam iurisdictionum esse, rectè dicuntur. §. Venentur i. Dererum divis.

THESIS VII.

Causæ servitutis sunt eadem, quæ & libertatis. Nam quemadmodum libertas vel ex natura 1. & nativitate, vel ex iurisdictionum 2. & manumissione, vel

§. tibi omnes liberi nascuntur. de liberti.  
2. d. §. r. & t. r. de libertin.



2. §. fin. i. ne, vel deniq<sup>3</sup> ex jure civili, adoptione 3. puta vel  
De ado:  
ptionib, nominatione sui in iudicio proficitur.

IN huius thesīs disquisitionem illud venit, quòd  
Imperator omnes homines naturali jure liberos  
nasci doceat, §. i. De libert. Una ergò causa liber  
tatis natura scilicet & nativitas sit necesse est. Res  
spondemus primæ istius libertatis, quam cum ge  
nere humano rerum natura prodidit, solam & u  
nam causam esse, nativitatem, verum postea, quia  
hæc libertas captivitate adimi cœpit, manumissio  
est adinventa, & nonnulli alii modi reperti, quib<sup>9</sup>  
libertas bello adempta restitueretur, & acera  
bum illud servitutis jugum legitimè deiceretur,  
atq; ita plures causæ libertatis esse cœperunt.

## THESIS IIX.

§. fin. h. t. Sic servitus etiam vel naturam & nativitatem,  
3. l. §. §. 1. vel Ius gentium & captivitatem, vel jus civile &  
De stat. homin. sui ipsius venditionem principium & causam habet.

LIBERTAS res est inæstimabilis, unde hominis li  
berti venditionem fieri non posse sequitur. Di  
cendum est hominis liberi nullam esse æstimationem,  
& per consequens nullam venditionem. Sed  
seipsum vendens lucri paucilli captandi gratia, æ  
stimationem quidem, quia liber homo est, non re  
cipit, sed tamen indignum se libertate facit, atq;  
ideo jus civile eum pro servo habet. Non tam igit  
tur ipsa venditione, quàm juris civilis dispositio  
ne & pœna seipsum vendens libertatem amittit.  
Sed hæc de homine libero qui ingenuus & sui ju  
ris est accipi debent. Nam liberti & filii familias  
sui ipsius venditione nihil agunt, ne in potestate  
eorum sit, jus patronatus patronatû auferre vel e  
patris



patria potestate se subducere & subtrahere, uti Cu-  
 ticius novissimè admonuit. Quod rationem ha-  
 bet. Ei porrò sententiæ, qua dicitur, nativitate  
 servos fieri, Obstat l. cum verò §. apparet l. si quis  
 rogatus de fidei comm. libert. ubi ex ventre servo  
 parto liber nascitur, sed hoc ideo, quod mora inter-  
 venerit quæ partui obesse non debet. Ergo si fidei  
 commissaria libertas relicta sit ancillæ, & per herede-  
 m dē ster, quo minus libertas petita detur, atq; ita  
 interim partus edatur, partus nihilominus inge-  
 nuus nascitur, & ex eo die, quo mora facta est, pro  
 ingenuo habetur. Subiicit verò Vlp. in d. §. cum o-  
 portet, hæc verba: Certè minoribus 52. annis au-  
 xiliū tribuendum est, &c. Ex quibus verbis elicitur,  
 si minoribus fidei commissaria libertas data sit, eā  
 deberi ex die, quo libertas dari & peti debuit, hoc  
 est, deberi cœpi, sed idem esse in maioribus pro-  
 bat d. l. si quis rogatus, ubi simpliciter responsum  
 est, non tantū ex mora, quæ interpellatione, sed &  
 ex mora quæ re ipsa fit, ex eo die, quo libertas debe-  
 ri cœpi, ingennū nasci, & generalis iuris ratio au-  
 textitur, quod libertatem, vel ut publ. rē debens, eam  
 ultro offerre debeat. Accutius duas adiecit solu-  
 tiones. Existimat .n. vel per d. l. Si quis rogatus,  
 corrigi d. §. cum verò vel si hoc non sit, Vlp. res-  
 ponsum ita accipiendum, quasi is ad quæst. quæm  
 disputabat, definitionem argumento certiore, à  
 persona & privilegiis minorū desumpto, uti satis  
 habuerit, nec tamen negarit, in persona quoq; ma-  
 iorum ex re morā fieri, & diē pro maioribus inter-  
 pellare. Et licet Cuticius hanc sententiā in paratit.  
 C. de fid. libert. non probet, tamen eam summus  
 libertatis favor iuvat, atq; sustinet, & d. l. si quis ro-  
 gatus, liquido confirmat. Deniq; cum ex Iustin.  
 constitutione, si mora à debitore libertatis fiat an-



cilla, cui fidei commissaria libertas relicta est, ex præsidis sententia in libertatem eripiatur, & directam libertatem accepisse fingatur, sequitur partum in quaestione, quam tractamus, sine ulla distinctione hodie ingenuum nasci.

§. fin. h.  
t. 3.

THESIS IX.

*Servorum differentia nulla est, nihil enim refert, utrum facti an nati sint servi: Liberi autem in ingenuos, & libertinos distinguuntur.*

**N**on obstat l. 15. §. 1. De V. ufr. l. 65. §. ult. De ædili Edict. ubi varia differentia & condicio servorum refertur. Nam hoc ad officia servorum pertinet. Et si enim una sit servorum condicio, tamen servi alii sunt ordinarii, alii vicarii, alii mediastini, item alii veteratores, alii novitii, &c. sed ex his officiis & qualitatibus nulla servorum differentia constitui potest. Omnes enim illi simpliciter servi sunt. Divisioni in thesi posite obviatur, quod sint homines liberi, qui liberti dicuntur. Sed dicendum est, libertos nihil aliud esse quam libertinos, à quibus etiam quoad libertatis jus & condicionem omnino nihil differunt. Sed relatione tantum habita ad patronos, à libertinis distinguuntur. Quo fit, ut quos Imperator in hac sua institutione libertinos dicit, eos Vlpianus in frag. suis tit. I. in pr. libertos appellet. Hæc vocabulis Jurisconsulti promiscue utuntur.

THESIS X.

e. t. 4. d. 1.  
§. §. 1. *Ingenuus est, qui statim ut natus est, liber est, si modo matrem habuerit liberam, vel conceptionis, vel gestationis, vel editionis & partus temporis.*

THE



THESIS XI.

*Quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero est.*

d. tit. 4. d. §. 2.

**O**bstat quod Vipianus in frag. tit. 5. docet, in iis, qui ex legitimo matrimonio nascuntur, solum conceptionis tempus spectandum esse. Pro qua sententia facit, quod Gaius lib. 1. Instituit. & Jurisconsultus in l. 9. Ad Municip. & l. ult. De sent. pass. scribunt. Sed respondendum est, Etsi secundum Iuris regulas non tantum, quoad cetera negocia, suavitatem, puta filiationem, &c. I. Paulus de stat. homin. Verum etiam quoad ipsam libertatem, tempus conceptionis consideretur, tamen favore libertatis, cuius ratione multa contra juris civilis regulas, antiqui etiam legumlatores, constituerunt. Imperatoribus placuisse, ut partui tria tempora, quibus liber nasceretur præficerentur.

THESIS XII.

*Sunt & alia eius, qui in utero est nomine, singularia recepta, ut quoties de eius utilitate queritur, pro iam nato habeatur.*

l. 7. l. 25. De stat. homin.

**O**pponitur l. ult. De collat. bonor. Sed textus ille thesi non refragatur, cum de collatione bonorum loquatur, quam non ante ei, qui in utero est, quam nascatur, utilem esse posse constat. Refert vero Cuiacius in explicazione l. 2. de excusat. Tutor. Legem septimam, h. t. ex qua thesis descripta est, ad constitutionem Adriani, qua tribus vel pluribus liberis bona damnatorum concedebantur, nec fisco applicabantur. Ut nimirum constitutio illa, de iis etiam, qui in utero sunt, intelligatur, quia & illi liberorum loco sint. *Omni*



nō rectē, uti legis ipsius inscripto satis superq; arguit, quamvis in aliis etiam juris articulis quibuscunq; cum, quæ in utero est, pro nato haberi, si de eius utilitate queratur, non sit incognitum l. 26. hoc tit.

## CORONIS I.

*An partus ex illegitimo Matrimonio, matrem, ex legitimo patrem, quo ad statum, sequatur?*

**R**egula juris est, partum sequi matrem: Quam regulam quidam interpretantur de partu, extra legitimas tantum nuptias concepto. Quod vix probandum fuerit. Primum enim Marcianus in d. l. 5 §. 2. De stat. hom. partum matrem sequi ait, nihilq; referre, utrum ex iustis nuptiis conceperit an vulgō. Deinde in dubia libertatis interpretatione, ea accipienda est, quæ pro libertate facit l. quoties De R. l. At interpretatio, qua partum ex legitimis etiam nuptiis editum, matris conditioni accedere, asseritur, pro libertate est. Ea igitur potius accipienda. Assumptio probatur: Quia patris statui si accederet unum tantum partui tempus superesset, quo liber nasci posset, conceptionis nimirum Vipianus in frag. tit. 5. l. ii. de stat. hom. At si matris condicionem & statum sequatur, tria habebit tempora, quibus liber nascatur. Exempli causa: Duo sunt cives Romani, Titius & Seja, qui matrimonio contracto, ab hostibus capiuntur, & apud hostes filium concipiunt post partum conceptum captivitate liberantur, & matrimonium novo consensu redintegrantur l. 8. l. 14. §. i. de capt. & post lim. revers. postea partus apud hostes conceptus editur. Hic si dixeris patris conditioni partum accedere debere, sequetur partum, utpote in captivitate conceptum, servum nasciturum. At si matrem  
cum



eum sequi responderis, fiet ut partus liber nascatur. Neque rectè dixeris hunc casum esse socialem. Hanc enim facti speciem si excesseris, nulla alia fuerit, qua de partus ex legitimo matrimonio editi statu & conditione quæri possit, eum inter liberos tantum matrimonium constat. Non obstat l. 19. l. 24. de stat. hom. ubi si legitimæ nuptiæ sint, partus solum patrem sequitur: Hoc enim in omnibus aliis casibus, puta si de dignitate, familia agnatione, etc. non verò, si de libertate quæstio sit, verum esse responderim: Ne scilicet melioris sint conditionis, qui ex illegitimo, quam qui ex legitimo nascuntur matr. .i. ne ex illegit. coniugio editi, tria habeant tempora, quib. liberi nasci possint: Illis verò, qui ex legitimis nuptiis procreantur, unum tantum tempus, scilicet conceptionis detur. Neque refragatur quod d. l. 19. de statu libertatis vel servitutis intelligenda sit ea ratione, quia posita sit sub tit. de stat. hom. Leges autem ipsæ secundum titulum, qui earum clavis est, explicandæ sint. Primum enim hoc tum demum verum est, si de legum intellectu non satis constet. Deinde non est simpliciter verum, quod omnes leges secundum tituli inscriptionem accipiantur. Quin & sub hoc ipso titulo nonnulla alia de dignitate, agnatione, traduntur, ut quando dicitur feminarum condicionem esse deteriore, quam sit masculinorum l. 9. h. t. ut certè d. l. 19. de dignitate quoque accipere haud fuerit absurdum. Quin etsi detur (uti etiam fatendum est) partum ex legitimo matrimonio editum, conditioni patris accedere: tamen non inde sequeretur, eundem matris statum non sequi, præsertim si hoc partui utile fuerit, d. l. 5. §. 2.

## CORONIS II.

*Quo tempore justus filius nascatur?*



**S**epulmo mense, inquit Paulus, nasci perfectum  
 partum iam receptum est propter auctoritatem  
 doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum  
 est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus  
 est, iustum filium esse l. 12. de stat. hom. Sed quaeritur,  
 utrum septimi mensis initium, an finem con-  
 sideremus? Et Paulus quidem receptar. sententiar.  
 lib. 4. tit. 9. septimo mense pleno partum maturi-  
 riorem videri respondit. Contra jurisconsultus  
 Ulpianus in l. 3. §. 12. i. De suis & legitim. hered.  
 eum qui CLXXXII. die natus est iusto tempore  
 natum, atq; adeo iustum filium esse respondit.  
 Quod dissidium ita componi potest cum Cuiacio  
 in d. tit. 9. si dixerimus partum non tantum septi-  
 mo mense pleno d. tit. 9. sed & circa initium septi-  
 mi mensis atq; ita CLXXXII. die (in singulos  
 menses XXX. diebus dinumeratis) perfectum na-  
 scip. d. §. 12. Quamvis comodius & textibus allega-  
 tis convenientius dici putaverim, circa septimi  
 mensis auspiciu, maturum quidem partum & a-  
 lquando vitalem d. §. XII. septimo autem mense  
 pleno maturiorem & plerunq; vitalem nasci d. tit.  
 IX. Vultur enim Paulus vocula (maturiorem)  
 Quaeritur de mense octavo? Et quamvis Cellius  
 lib. III. cap. XVI. auctoritate & testimonio Cae-  
 cili prober, eo quoq; mense partum posse nasci  
 perfectum, tamen id receptum non est. Sed eo  
 mense natum partum vel imperfectum & minime  
 vitalem, vel si perfectus & vitalis nascatur, illegiti-  
 mum pronunciamus. Cuiac. in d. tit. IX. Ratio-  
 nem diversitatis, quae occulta est, Paulus d. tit. IX.  
 tribuit virtuti Pythagorae, hoc est septenarii nu-  
 meri. Quid de mense nono & decimo? Gellius  
 iam citato loco docet partum legitimu nono  
 mense saepe, decimo mense saepissime edi. Vbi  
 menses



menses illi à die conceptionis numerandi sunt, uti ex textu apparet & addendum, quod etiam undecimo mense à conceptionis die, legitimi partus fiant Cuiac. d. tit. IX. Denique quid de partu edito à morte viri undecimo mense respondebitur? Ex hunc quidem Ulpianus in d. l. 3. § XI. De suis & legit. &c. illegitimum pronunciat. fac. l. 29. in pr. De liber. & posth. &c. Quin & Iustinianus in No. xxxix. cap. 2. tempus conceptionis in tantum extendi posse negat: ideoque sobolem undecimo mense à mariti morte nasci non posse, sanctione sua probavit. Sed obstat decretum Imperatoris Adriani, quod Gellius d. lib. III. refert, quod docetur undecimo mense à mariti morte partum nasci legitimum. Verum id ita conciliat Cuiac. d. tit. IX. & in tractat. de præscript. &c. cap. XIX. & in No. xxxix. ut sub initium undecimi mensis partum edi perfectum dicat, sub finem eiusdem mensis partum legitimum nasci negat. Quæ conciliatio iuvatur textu d. No. xxxix. cap. II. §. I. Verb. circa terminum anni, &c. Non obstat, quod ex Plinio Gellius decimotertio mense partum legitimum nasci probet. Nam ut Cuiac. de No. xxxix. testatur, in Veterib. Codicibus apud Plinium mentio fit decem, non XIII. mensium.

**DISPUTATIO TERTIA, EX TIT. V. DE LIBERTINIS, ET VI. QUI ET QUibus ex causis manum, &c. & VII. De l. Fus. Canin. Tol. &c.**

**THESIS PRIMA.**



§. v. h. r. §  
l. 6 De stat  
homin.

*Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt hoc est qui servi esse desierunt.*



Differencia libertinorum ab ingenuis præcipua ea est, quod ingenui sint liberi nati libertini sint liberi facti l. 8. C. de ingen. man. Quod de obæ ratis ære alienum ex iudicato solvere non valentibus, qui creditoribus annectebantur & quasi in solutum dabantur, adferunt, parum movet. Illi. n. recepta libertate non libertini appellantur, sed ingenui rectè dicuntur. Quia verus est eos non factos, sed natos liberos esse & mansisse. Obstat quod Ulp. in regulis suis refert, latinos manumissos de novo manumitti posse. Quod quomodo intelligi debeat, paulò post dicemus.

THESIS II.

§ 1.

*Est autem manumissio, datio libertatis: Nam quamdiu quis in servitute est, manui & potestati suppositus est, manumissus potestate liberatur.*

Quod Accursus in l. manumissiones verb. datio, de iustic. & iur. manumissionem libertatis datio nem esse negat, ex eo, quia manumittendus natura liber sit, nec manumittens dare possit, quod non habeat, ineptum est. Cum datio libertatis nihil aliud hoc loco sit, quam de manu, hoc est, potestate datio. Per manumissionem ergo servus de domini potestate dimittitur, servitute liberatur & in naturam libertatem restituatur & repetitur. Et datio liberatatem, quam nisi ipse dominus velit, servus nunquam consequeretur.

THESIS III.

§. i. d. tit. 5.  
lib. 40. D.  
tit. 1. &  
seqq

*Multis autem modis manumissio procedit: Aut enim ex sacris constitutionibus, in sacrosanctis Ecclesiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per Epistolam*



*stolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem.*

**E**X hac thesi intelligitur, non tantum inter vivos, sed & mortis causa manumitti potuisse. Inter vivos manumittebatur, vel per vindictam, vel censu, vel inter amicos aut per Epistolam. Mortis causa, per testamentum, vel quam aliam ultimam voluntatem. De manumissionis, quæ per vindictam, fit, notatione varii Interpretes varia: Sunt qui à primo manumisso vindicio, vel vindice hanc manumissionem dictam velint. Alii, ex ipso huius manumissionis effectu, nomen inditum putant, quod scilicet mancipium hoc modo manumissum in libertatem vindicetur. Alii alia, uti fit in antiquis illis rerum appellationibus, quas conjecturis definire necesse est, comminiscuntur. Hæc manumissionis species apud Magistratum, apud quem legis actio erat, fiebat, & actionibus legis adnumerabatur. Paulus recept. sent. 2. t. 25. l. ult. C. de his qui à non dominis, &c. Obstat Iact. de Reg. Iu. ubi actibus legitimis manumissio non adnumeratur. Sed hoc ita cum Cuiacio, ut quia solemnia manumissionis esse desierunt, ipsa quoque manumissio inter act. legitimos non sit relata, bene explicatur. Censu manumissio fit, quando servi iussu dominorum nomina sua cum libertate referunt in Censum, hoc est, in chartam vel tabulam, in qua Romani suas describunt facultates, atque hoc ipso facto libertatem consequuntur. Atque hi modi duo esse putantur, quibus manumissis iusta libertas inter vivos detur. Verum qui sequuntur modi, quibus inter amicos vel per Epistolam manumittitur, iustam libertatem non tribuere existimantur, propter textum l. qui absentis de acquirend. possess. Qui tamen id non satis probat. Planè si iustam libertatem eam dixeris, quæ cives Romanos facit, & actu solemnè ac legitimo con-

MO CON



mo conferitur per Epistolam, manumissos iustam libertatem non fuisse adeptos, bene & recte intuleris. Quia nec actus sollemnis per Epistolam fieri & expediri possit. Videatur Cuiacius qui hanc manumissionum materiam in libris suis passim, & præcipue in Paratit. Cic. lib. 7. in not. ad Vlpian. & in l. 20. 21. & 22. De manu. testam. & in l. 8. Qui & à quibus &c. Ob. lib. 1. c. 1. lib. 2. c. 1. & 27. lib. 3. c. 23. & 24. lib. 4. c. 31. lib. 5. c. 13. lib. 7. c. 18. lib. 13. c. 19. & 20. eruditè satis pertractavit.

§. An. d.  
tit. 5.

#### THESIS IV.

*Libertinorum status triplex erat, nam qui manumittebantur modo maiorem & iustam libertatem consequabantur, & fiebant cives Romani.*

d. §. An.

#### THESIS V.

*Modo minorem, & latini ex lege Junia Norbana fiebant, modo inferiorem & fiebant ex lege Aelia Sentia dedititiorum, numero.*

IN hæc theses illud venit dispiciendum quod perieram paulò ante paucis attigimus, utrum scilicet latini iustam libertatem ex manumissione sint consecuti. Quæstionis huius decisio inde dependet, si sciatur, quæ sit iusta libertas. Et quidem, quam Imperator hoc loco iustam, eam Vlpianus in frag. legitimam dicit: Legitimam autem libertatem interpretatur Cuiacius, civitatem Romanam ex l. generaliter, §. hostium, De fidei com. lib. 1. c. 1. Sed & hæc ipsa interpretatio ex verbis thesibus quartæ ex d. §. libertinorum, desumptæ, dilucidius apparet, ibi: iustam libertatem consequabantur, & cives Romani fiebant. Ceterum autem

c. t.



est ex ipsa latinorum appellatione, latinos, cives non fuisse Romanos. Qua ratione fiebat, ut auctore Vlpiano in frag. d. tit. 3. altera vice manu mitterentur, & plenam ac iustam libertatem consequerentur. Ob quod libertas semel data non iteretur, quia manumissio actio legis sit. Respondendum est iustam libertatem non iterari, at latinitas iusta libertas non fuit data. Ideoque iterari, & confirmari ea libertas potuit, argumento eorum quae Cuiacius ob. li. 7. cap. 7 in quaestione haud absimili scripsit. Ita cum latinis nullum erat conjugium, nisi hoc ipsis specialiter indulgeretur. Vlpia. ibid. tit. 5. Sed nec testamenti factio ipsis fuit. Cum ipso enim ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, § ult. i. de success. lib. Testamenti factionem ita accipimus, ut nec facere testamentum, nec ex testamento alicuius hereditatem capere latinos posse statuamus Gaius. i. Institut. tit. .i. Vlpian. in frag. tit. 25. Vers. 7. Obstat quod idem Vlpianus in reliquis suis regulis tit. ii. vers. 16. tit. 17. in pr & vers. si cecili & tit. 20. vers. 8. scriptum reliquit, latinos testamenti factionem habere, sane hanc posteriorem sententiam Vlpiani libens probaverim. Neque obstat quod ex Gaius adfertur. Nam expresse non dicit latinos testamenti factionem passivam non habere, sed latinos & dedititios coniungit, utrosque testamenta facere posse negat, & recte. Quod vero postea subiicit, nec eos quidquam ex testamento capere posse omnino ad dedititios restringendum est, propter multos iuris textus supra allegatos, qui latinis testamenti factionem concedunt. Quamvis etiam tentari possit, Caium loqui de legato per vindicationem. De quo etiam intelligi debeat textus Vlpiani, qui est in d. tit. 25. vers. 7. ubi



7. ubi latinos legatum capere negat, quos tamen fidei commissum percipere posse haud inficiatur. Fidei commissa autem legatis per damnationem aequiparantur. Vlp. d. tit. 25. vers. 5. & a legatis per vindicationem distinguantur. Deinde non obstat, quod ex ratione iuris adfertur, solos cives Rom. hæredes institui l. 1. C. de hered. instituend. Hoc. n. aperte falsum est, cum certum sit, quoscunq; homines liberos hæredes institui posse, §. 1. i. De hered. instituend. Latini autem verè sunt liberi: Et quod de civibus Romanis in d. l. 1. scriptum est, id non de institutionis, sed uti Imperator nominatim scribit in d. l. 1. verb. capere. de capiendi relictum tempore intelligi debet. Tertio non obstat d. tit. 22. vers. 3. ubi latinum hæreditatem capere posse negat Vlpianus. Nam ille locus tantum abest, ut nobis contrarius esse possit, ut contra unus & solus sit, qui contrarios locos cum nostra sententia, belissima ratione, conciliet. Nam ita demum latino hæreditatis perceptione interdicat, si latinus manserit. Ergo sic statuendum fuerit, Latinum testamenti factionem habere, hoc est, hæredem institui posse, d. tit. 11. vers. 16. d. tit. 17 in pr. d. tit. 20. vers. 8. Sed tamen ex testamento hæreditatem vel legatum non capere d. tit. 1. d. l. 22. vers. 3. d. tit. 25. vers. 7. si scilicet latinus manserit. de vers. 3. Quia nimirum soli cives Romani ex civis Romani testamento aliquid capiunt d. l. 1. C. de hered. institu. Quo pertinet quod Vlp. d. tit. 17. hoc casu legatum caducum fieri dicat. Dices ergo latinum factionem testamenti habere, non ut latinum, sed ut civem Roman. Id vero negaverim. Nam si ideo legatum latino relictum, quod latinus non sit civis Roman. factus, caducum fit, ut in persona latini iure constituitur, necesse est, Ea enim est caducorum natura, ut ab



ut ab initio utilia sint. Deinde ut enim aliquibus testamenti factio sit, inspicimus non tantum tempus ad eundem hereditatis vel capiendi relictum, sed & tempus testamenti facti, ut eo etiam tempore habitus quis & capax sit § in extraneis de hered. qualitat. & different. Ex quibus intelligitur Latinos testamenti factionem quodammodo habuisse. Quia & veram libertatem habeant, quamvis iuxta libertas eis non competeret. De Dedititiis hoc tenendum est, quod in umbra tantum & imagine libertatis, h. e. ut Imperator in l. unica. C. de Deditit. libert. toll. explicat, Vano libertatis nomine usi sint, cum neque testamenti factionem, neque commercium inter vivos ullum haberent. Ulpian. in frag. tit. 1. & 20, & Gaius I. Institut. tit. 1. § 4.

## THESIS VI.

*Sed hic libertinorum tripertitus status iustini in Imperatoris constitutione sublatus est; Qui, ut hodie omnes liberti civitate Romana fruuntur, censuit, & mirabili modo quibusdam adiectionibus ipas vias, que in latinitatem ducebant ad civitatem Romanam capiendam transposuit.*

d § fin. t. r.  
c. de lat. li.  
tol. & t. r.  
C. de dediti.  
ti. lib. tol.

## THESIS VII.

*Quin etiam ex Novel. 78. manumissos non libertinos, sed ingenuos fieri, & quasi regenerationis iure perinde haberi, ac si ingenii nati essent, apertum est.*

**O** Bstat l. 17. de stat. hom. ubi omnes qui in orbe Romano sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romanos effectos esse respondetur. Sed hoc ita cum Cuiacio ob. lib. 4. c. 5. explicat

expli



explicandum est, ut ex constitutione Antonini omnes ingenuos cives Romanos esse effectos dicamus. Ex Iustiniani verò constitutione omnibus libertinis civitatem Romanam tributam esse statuamus. Neque possis contra inferre constitutione Antonini opus non fuisse, cum ingenui & liberi homines natura cives sint Romani. Dixerim enim ex l. 18. d. t. aliud esse ingenuum & liberum esse, longè aliud civem Romanum esse.

THESIS IIX.

u. r. 6.

*Manumissio porro, res licet sit favorabilis, fit tamen quandoque, ut effectum non sortiatur. Nam quæ in fraudem creditorum, & re & consilio simul fit manumissio, ipso jure nulla est, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem.*

**O**bstat quod semel data libertas sive ex vera sive ex falsa causa data sit, non revocetur. Respondendum est datam libertatem, quæ competit, non posse revocari. At quæ in fraudem creditorum data fuit, nunquam competit. Est enim libertatis istius datio ipso jure nulla. Deinde et sententiæ, quæ dicitur fraudem ex eventu & consilio æstimandam, obitare videtur, quod quilibet facultatum suarum modum & vires sciat, vel scire debeat l. quisquis C. de rescind. vendit. atque adeo nemo possit dici in fraudem eventu & re ipsa manumisse, nisi qui consilium quoque fraudandi habuerit. Verum hanc difficultatem ut Imperator tolleret, sæpè, inquit, de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. Quod Gaius Iuriconsultus frequenter accidere scribit his, qui transmarinas negotiationes in aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, exercent l. 10. Qui & à quib



& à quibus manum : &c. Hi enim cum longo tempore rationes suas cognoscere & dispungere, h. e. relegere ac data & accepta conferre l. cognoscere de V. S. non possint d. l. 10. fit, ut si interim servos manumittant, & creditores suos re ipsa fraudent, consilium fraudandi habuisse, recte negentur. Obstat l. fin. C. Qui manumit. non possunt, &c. ubi solum eventum in manumissione Imperatores considerant. Sed loquuntur de fidei commissaria libertate, in qua solum eventum inspicitur obtinet. Cuius juris rationem elegantem Cuiacius adnotavit. Certum est non ante fidei commissarias libertates, quam omni ære alieno deducto præstari. Ergo eventu ipso docente omne æs alienum deduci non posse, si libertates dentur servis, quid ni serui in seruitute detinerentur, ut iis distractis, creditores, quod suum est, consequantur præsertim cum ea defuncti mens fuisse videri possit, ut potius servos in seruitute manere, atque ita creditoribus satisfieri, quam post mortem suam ignominiosum nomen suum censi & haberi voluerit. Longè alia ratio est directarum libertatum, quæ ab adita hæreditate vel ab ipsa testatoris morte, antequam alienæ ratio aliqua habeatur, competunt, & in quibus testatoris voluntas aperta & manifesta est.

## THESIS IX.

*Licet autem Domino qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituire, ut liber fiat hæresq; ei solus & necessarius: Quæq; juris est, & si sine libertate servus hæres institutus sit,*

S. l. d. tit. 6.

d. Vide



**V**idetur hoc ipso contra juris dispositionem, quod una via denegatum & prohibitum erat, altera concedi: si enim debitores intellexerint se solvendo non esse, & tamen in fraudem creditorum manumittere servum velint, absque dubio servum heredem in testamento scribent, atque ita legem Aeliam Sentiam eludent. Respondendum est hæc legis eam institutionem lege permittente fieri, atque ideo extra omnem fraudis suspicionem esse. Nec enim consilium fraudandi in casibus lege concessis subesse præsumendum est.

THESES X.

*§. 4. d. t. 6. Eadem lege Aelia Sentia dominis minori X X V. annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium iusta causa manumissionis probata fuerint manumissi.*

**O**bstat l. 1. De offic. cons. ubi hoc ius Senatus consulto introductum esse scriptum est. Nisi cum Cuiacio hic dixerimus, circa l. Aeliam Sentiam Senatusconsultum factum esse. Certe non est novum, ut quod uno loco lege vel à prætore introductum esse dicitur, illud ipsum alibi Senatus consulto vel etiam Procons. ascribatur. Nam sic Edictum de alienatione iudicii mutandi causa facta in l. 2. 4. & 8. De alienat. Iur. &c. ad prætorum rem refertur. At in l. 1. & l. 3. §. fin. Pro consuli tribuitur. Ita in §. 2. i. De hæredum qualit. & differ. Ius abstinendi à prætore esse scribitur. Sed Gaius in l. necessariis, de acquir. hæred. eius iuris pro consulem auctorem laudat. Denique ut alia mittamus, alimentorum futurorum transactio oratione Divi Marci inhibita dicitur l. 8. De transact. cuius tamen prohibitionem Senatusconsulto introductam esse l. eleganter, De condict. indeb. testatur.

THE



## TERTIA.

45

## THESIS XI.

*Iuste autem manumissionis cause he sunt: vel §. 5. d. tit.*  
 luti si quis patrem aut matrem, filium filiamve,  
 aut fratrem sororemve naturales, aut pædagogum  
 aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum as-  
 lumnamve, aut servum procuratoris habendi gra-  
 tia, aut ancillam matrimonii causa manumittat.

**H**AE manumissiones qua ratione fiant ex facti  
 speciebus à Theophilo fideliter relatis & appo-  
 sitè propositis satis intelligitur, ut ampliori dispu-  
 tatione non sit opus. Id tamen quod de servo pro-  
 curatoris habendi gratia manumisso hic traditur,  
 in Coronide prima fufius explicabitur.

## THESIS XII.

*In manumisso pro sexus discrimine vel annos*  
*XII. vel XIV. Ex novissima Iustiniani constitu-*  
*tione No. 119. requirimus, servum manumittendo*  
*rum numerum ei non præstituentes.*

**O**bstat §. final. h. tit. Vbi Iustinianus annos  
 xvii. in manumittente requirit. Sed hæc æ-  
 tatis præfinitio per No. 119. immutata est.

## CORONIS I.

*In procuratore utrum plena ætas, uti Doctores*  
*opinantur requiratur, an verò XVI. anni sufficiant?*

**O**Mnes juris interpretes in Procuratore ple-  
 nam adultam, & legitimam ætatem, i. e. annos  
 xxv. requirunt, moti textu l. exigendi C. de pro-  
 curat. l. minor D. Eodem. Textum verò §. eadem  
 h. tit. ex quo Coronidem descripsimus, & quem  
 suæ sententiæ è diametro repugnare animadver-  
 tunt, de procuratore ad administrandum & ad  
 d 2 negotia



negocia extra judicialia interpretantur. Et quia huic quoque interpretationi paratam esse responsionem intelligunt, quod nimirum servus, etiam non manumissus, extra judicialia negotia recte peragat, ita se expediunt, ut verum quidem illud esse fateantur, sed tamen quo magis domino, si servus forte rem male administrat, consultum sit, manumissionem necessariam arbitrantur: quia alioquin cum servis nulla sit actio. Solus Cuiacius est qui à recepta illa opinione recedat, & in procuratore annos xvii. sufficere simpliciter doceat. Si remotis opinionibus, dicere licet, quod res est, ab ea, quam Cuiacius primus asseruit, sententia recedendum non esse existimaverim. Primum propter textum huius § expressum, quem de procuratore ad agendum & defendendum ut accipiamus, tum ex eo quod ad negotia peragenda servus quoque & is annis xvii. minor, tum verò etiam, quod simplici procuratoris appellatione Procurator ad iudicia veniat, cum quodlibet verbum potentioris sui significationem semper recipiat l. 3. de tutel. evidenter intelligitur. Deinde ex juris ratione certissima idem evincitur. Cum enim is qui annos habet xvii. postulare possit, quid nisi etiam eandem ætatem in procuratore de iure sufficere respondeamus, vel diversum huius diversi iuris rationem eamque certam assignamus? Non obstat d. l. minor & d. l. exigendi. Viraque enim de defensore, non de procuratore loquitur. Neque id quo minus ita sit, titulus, qui tam de defensoribus quam procuratoribus in D. conceptus est facere poterit. Et quidem d. l. minor, de defensore accipi debere, neminem inficias ire posse arbitror. De d. l. exigendi, maior est dubitatio, quod titulus sub quo collocata est, de procuratoribus tantum sit, & quod Imperator Alexander

lexan



Alexander procurationis verbo utatur. Sed his mori  
 veri non debemus: Cum enim in universo Codicis  
 ce nullus titulus de Defensoribus extet, & quam  
 plurimæ etiam leges sub titulo de procuratoribus  
 comprehensæ sint, quæ ad defensores respiciant,  
 non est dubitandum, quin sub prædicto titulo,  
 tam de defensoribus quam procuratoribus agatur.  
 Et verò in d. l. exigendi, procurationis verbo  
 defensionem significari extra omnem est contro  
 versiam, cum Imperator mandatum à filio, qui  
 se defensionem offerebat, exigi non posse expressè  
 rescribat, ea ratione, quod defendere sine manda  
 to liceat. Quo ipso quid potest esse apertius? Res  
 stat igitur, ut rationem differentie demus. Ea  
 autem in d. l. minor, satis dilucidè exprimitur.  
 Defensor est qui sine mandato rei alienæ defensionem  
 suscipit. Qui si minor sit, & malè rem admis  
 traret, postea integri restitutionem petendo, iudicium  
 reddet elusorium. Quo fit, ut in hoc anno  
 nos x x v. leges requirant. Procurator autè man  
 dato domini constituitur d. l. De procurat. Qui  
 si ob rem malè gestam restitui se desideret, conde  
 mnatio nihilominus in dominum & mandantem  
 fieri potest, nec ullum hic de iudicio elusorio red  
 dendo subest periculum. Annos ergò xvii. in  
 procuratore sufficere rationis fuerit. Denique non  
 est quod c. generaliter Ext. de procuratorib. in 6.  
 attendamus. Quis enim barbarum istud ius nitè  
 dissimulo civili iuri tenebras offundere patietur?

## CORONIS II.

*An patronus libertum suum ingrati actione, que  
 legibus prodita sit, in servitutem revocare, & sibi  
 servum asserere possit?*

d 3

Sunt



Sunt qui id adfirmant, moti textu l. si quis 30. §. quoties. Qui & a quibus manum, &c. ubi in vulgatis libris scriptum est, libertum communem in servitutem redigi non aliter posse, quam si omnium patronorum consensus accedat. Deinde in sententiæ suæ assertionem adferunt l. 6. de agnosc. vel al. liber. ubi libertus ingratus in potestatem patroni redigitur & domino ministerium præbere cogitur, vel si libertus refractarius sit, divenditur, & precium dominus lucratur. Præterea suam opinionem adducta l. Si mulier, in princ. Quod met. causa, &c. constabiliunt. Proferunt denique rescriptum Imperatoris Constantini in l. 2. C. de libertis & eorum liber. &c. Alii contra actione ingrati libertum in servitutem revocari posse negant, & nullam uspiam actionem ingrati legibus proditam fuisse, vel, si quæ per l. Aeliam sentiam introducta sit, eam in desuetudinem abiisse, neque per eam libertum in servitutem unquam revocari potuisse contendunt. Vtriusque tamen in eo conveniunt, quod extra ordinem ob ingratitudinem libertorum agi solitum sit. Neque etiam de hoc ipsis dubitandum fuit. Textus enim juris expressi id probant, l. 1. C. d. t. sanè textus supra allegati, si præsius eos intueamur, non probant, quod ius aliqua ingrati patrono competat ad libertum in servitutem revocandum. Nam ex d. §. quoties, verba illa, quibus huius sententiæ assertores præcipue nituntur: **VT IN SERVITUTEM REDIGATUR,** &c. abesse. Cuiacius auctoritate Græcorum interpretum, & Florentinæ lectionis jam dudum confirmavit. Deinde in d. l. 6. ad solum ministerium exhibendum liberti compelluntur, neque ulla ibi servitutis mentio est. Nec obstat, quod liberti vendantur, venditio autem servorum tantum sit. Nam istud  
axioma



Axioma nondum satis probatum est. Imò filiis tempore urgentis famis distracti, nihilominus liberi permanent t. t. C. de patrib. qui filios distract. &c. Deinde liberti venduntur saltem a l. i. ut patroni pro ministerio, quod liberti refractarii præstare debebant, precium consequantur. Ergò non velut servi venduntur, sed tanquam liberti, precio pro ministerio, quod præstare debebant accepto, in aliam familiam transferuntur, & alii patrono addicuntur d. l. 6. Allata vero l. si mulier, negativam sententiam magis probat. Mulier .n. metu vano credidit se de statu suo periclitari, & factum iri ut in servitutem repeteretur. Quare ne id fieret patrono pecuniam dedit, eam pecuniam actione quod metus causa, repiti à patrono posse Jurisconsultus negat, quod nimirum mulier metum sibi ipsi intulerit, cum de reductione in servitutem præsens periculum nullum fuerit, neq; de statu suo periclitari jure debuerit & potuerit. Nihil etiam ad rem facit allegata l. 2. C. de libert. &c. Loquitur enim de extraordinaria actione, quæ ex constitutionibus est, d. l. i. C. eod. Deniq; Ulpianus in tit. ii. ubi de maxima capitis diminutione differit, libertorum ingratorum peractionem legitimam in servitutem redigendorum non meminit.

DISPUTATIO QUARTA,  
EX TIT. IIX. DE HIS,  
QUI SUI VEL ALIENI JURIS  
sunt, & ix. de patr. potestate.

THESIS PRIMA.

De priori personarum divisione & explicatione §. i. h. t. 8.  
ne hætenus; posterior earundem divisio, qua vel l. i. eod.  
sui, vel alieni juris esse statuuntur, sequitur.





Vnt qui existiment, superioris divisionis, qua omnes personas vel servas, vel liberas esse diximus, partem posteriorem hoc loco subdividi, ita ut omnes liberæ personæ vel sui vel alieni juris sint. Sed cum hoc loco de servis quoq; repetitio brevis instituitur, verius est divisionem alteram hoc loco proponi. Neq; hanc repetitionem otiosam esse rectè intuleris. Omnes enim personas sub alieno iure constitutas enumeraturo, de servis quoq; differere omnino necesse fuit, idq; eò maxime, quod superiori divisione magis causa servitutis & servorum explicetur, hoc loco de ipsa dominica potestate, & qualiter servi sub ea potestate constituti sint & vivant, præcipue agatur. Obstat quod habeantur personæ, quæ nec sui nec alieni juris sunt, puta filii eorum patrum, qui ab hostibus capti detinentur. Dicendum est hosce vel sui vel alieni juris esse. Sui juris sunt, si pater apud hostes decesserit, quod l. Cornelia fictio operatur. Alieni juris sunt, si pater ab hostibus revertatur, quod fictione iuris postliminiæ efficitur. Neq; dici debet quod antequam fictionibus prædictis locus detur, filii isti neq; alieni juris fuerint. Nam absurdum est dicere aliquem eodem tempore nec in patris, nec in sua fuisse potestate l. ult. C. de sentent. pass. Et alioqui constat iuris fictionem retro trahi, & pro veritate esse l. 34. de adoptionibus.

d. S. i. d. l. i.

THESES II.

*Alieni juris sunt, qui sub potestate patria, vel Dominica vivunt, unde simul, qui sui sint juris, intelligitur.*

Obstat



TERTIA.

51

Obstat l. quemadmodum §. 1. de noxalib. act. ubi servus nullius imperio paret, & sine domino est, Ergo alieni juris esse dici nequit, sed nec sui juris est, quia servus. Responderi debet, in d. §. 1. agi de servo qui pro derelicto habitus est, quem quidem sui juris non esse, nec etiam alieni, sed interim instar rei, quæ in nullius bonis est haberi & primum occupanti adquiri, inter omnes constat.

THESIS III.

§. 2. d. t. d.

*Dominica potestas licet de jure veteri usq; ad mortem sese extenderet, ex posteriorum tamen Imperatorum constitutionibus moderationem accepit.*

l. 1. §. 2.

THESIS IV.

*Usq; adeo ut ob intolerabilem in servos sævitiam Domini nonnunquam vendere cogantur servos suos ad eadem sacram vel statuam principis, presidii & securitatis causa velut ad aram salutis & misericordie, confugientes.*

§. 2. d. t. l. 2.

cod.

Obstat l. 2. D. h. t. ubi dicitur potestatem dominicam illibatam esse oportere, nec cuiquam hominum jus suum detrahi. Sed hoc ita demum verum est, si alia ratio maior diversum non suaserit. At ius illud, quo dominorum potestas restringitur, summam habet rationem, primum enim Reipub. expedit, ne quis re sua malè abutatur. Deinde humanitatis ratio exigit, ne ultra modum in servos sæviatur, ut hic. Deniq; & ipsorum dominorum interest, ut servis contra intolerabilem iniuriam & sævitiam subveniatur. Quomodo vero interest? An quod servi durius habitū seipsos vel interfecturi, vel fuga sibi consulturi sint? quod

d v

Theof



Theophilus existimat. An quod fervorum durus habitorum vires decrecant, atq; ita ad operas præstandas inutiles fiant, & ut Vlpian. in l. 24. §. 3. de pig. act. loquitur: fervi debilitentur? an deniq; quod hominis interfit hominem beneficio afficere, nec in eum belluarum instar sævire, ar. l. 7. de ser. exportand. Sunt hæ rationes omnes certissime.

## THESIS V.

§. 2. h. t. 9. *Patriæ vero potestatis jus, quod in liberos habemus proprium est civium Romanorum.*

Obstat quod omnibus semper gentibus potestas in suos liberos fuerit. Sed respondendum est cum Imperatore, nullos esse homines, qui talem habeant in liberos potestatem, qualem Romani habent. Neq; potest dici, principaliori, scilicet gentium juri potestatem hanc ascribendam fuisse. Nam ab ea, quam gentes potestatem in suos liberos exercuerunt, populus Romanus longissimè recessit, & peculiarem quandam potestatem nullis aliis populis convenientem, neq; etiam gentibus ullatenus usitatam sibi usurpavit. Ergo cum ex Iure Romanorum originem & formam acceperit, propria civium Romanorum rectè dicitur. Obstat l. 8. de his qui sui vel alieni jur. &c. Vbi hoc jus moribus receptum dicitur. Per mores autem Ius gentium intelligi constat, & nos docuimus supr. in disp. 1. thesi 6. Respondendum est in d. l. 8. per mores significari populi Romani mores, uti ipse contextus haud obscure arguit. Et alioqui constat mores, non tantum de gentium, sed & de urbis Romæ vel alterius civitatis moribus dici l. 34. §. 1. De contrah. empt.

THEO



T H E S I S VI.

*Erat hoc potestatis Ius summum: Patri enim  
liberos occidere, & vendere licebat.*

**O**bstat l. i. De l. Pompeia de parrici d. ubi par-  
ricidia, qui liberos occidunt, pœna l. Pom-  
peia coercentur. Quod autem pœnam meretur le-  
gis permissionem non habet arg. l. Gracchus C.  
de adulter. dicendum est in d. l. i. matris tantum  
non verò patris mentionem fieri, Nec enim pater  
filium occidens, eo jure in l. Pompeiam commit-  
tit, uti Cuiacius primus observavit ob. 6. cap. 17.  
Sed quî fit, quod ob nepotis occisionem pœna le-  
gis Pompeia avus adficiatur, d. l. i. Nimirum,  
quâ non tantum est avo in nepotem postea bre-  
vi in patris sui potestatem recasurum potestatis  
exercitium, vel potens. Quia ius soli patri pote-  
statem vitæ & necis dedit, ut non mirum sit, si ius  
illud summè rigidissimum restrictius acceperit  
avus, nec ad quoslibet parentes traxerimus, argu-  
mento certissimo l. patri datur. Ad l. Iuliam de a-  
dulteriis. Reliqua quæ de trina venditione filii  
scitu necessaria sunt, eleganter explicuit Cuiac.  
in recept. sententiis Pauli lib. 5. tit. 1.

T H E S I S VII.

*Libertatem sanè parentes liberis eripere nunquam  
quam potuerunt.*

**O**bstat quod parentibus liberos vendendi ius  
fuerit liberorum autem hominum nulla sit  
venditio l. 4. de contrah. empt. respondendum  
est, venditionem illam non veram, sed imagina-  
riam fuisse atq. adeo ipsi libertati præiudicium  
nullum attulisse. **Obstat quod ex Alicarnasseo**

**Cuiac**

l. fin. C.  
h. tit.





Cuiacius in allegato Pauli loco refert, liberos à parentibus serio divenditos esse. Sed præterquam quod vera illo venditio, utpote dura nimis, in imaginariam conversa sit, Certum quoque esse debet, eam venditionem veram dictam, non quod venditus filius emptoris servus fieret, sed quod precium interveniret, & tractatus talis haberetur, ac si vera emptio celebrata fuisset. Obstat quod plus sit occidere, quam libertatem adimere, cui autem licet quod plus est, ei & quod minus est licebit, arg. l. in suis de liber. & post. Respondendum est favori libertatis summo id à maioribus datum esse l. fin. C. h. tit. Quamvis etiam libertatem naturæ ipsi ita insitam, ut factò parentis adimi & tolli nequeat, nisi simul ipsa natura tollatur, non absurdè dixerim.

## THESIS IIX.

d. l. S. An. *Quinimò durior illa in liberos potestas postea interpretatione prudentum mollita & pedetentim constitutionibus Imperialibus penitus antiquata est.*

## THESIS IX.

l. 2. C. de patrib. qui fil. suos, dist. strax. *Planè est casus unus, quo jure nostro pater filios vendere potest, puta si cogat egestas, adeò ut non possit ipse liberis alendis sufficere.*

## THESIS X.

d. l. 2. *Quo casu si lius venditus vel per se ipsum vel per patrem, vel per alium quemvis, reddito precio, vel mancipio alio dato, ad ingenuitatem repetitur.*

Quæ



**Q**uæritur hoc loco an filius ita distractus Em-  
 ptoris servus fiat? Quod etsi Cuiacius ad Pau-  
 lum lib. 5. tit. 1. adfirmet, tamen textui l. 2. C.  
 De patrib. qui filios distrax. & ipsi etiam Paulo  
 non satis convenit. Quamobrem Accursii, filio  
 in prædicto casu libertatem non eripi, docentis  
 sententiam veriore esse existimaverim. Nam  
 Imperator Antoninus in d. l. 2. servitii filii ita  
 distracti obtinendi facultatem, emptori tantum  
 concedit, & Paulus in recept. sentent. d. loco pa-  
 rentes, qui filios divendunt, statui ingenuitatis fi-  
 liorum non præiudicare respondet. Neque est quod  
 hoc Pauli responsum ita interpretemur, ut parens  
 ingenuitati filiorum non præiudicent, quo mi-  
 nus reddito emptori precio pristinam ingenuita-  
 tem filii recipiant. Nam ipsa venditione filiorum  
 statui nullum præiudicium adferri Paulus respon-  
 dit. Obstat quod parentes qui liberos ob rei fa-  
 miliaris angustiam distrahant sanguinolenti di-  
 cantur, h. e. sanguine & capitaliter puniendi sint,  
 uti Azo, Accursius & omnes qui in huius Magi-  
 stri verba jurarunt, interpretantur. Respondendū  
 est, vocem SANGVINOLENTO S, sic enim  
 legendum esse ratio, quam dabimus, dilucidè fa-  
 tis arguet, ad ipsos filios referendam esse, ut is sen-  
 sus sit, patribus filios suos non tantum grandiores,  
 sed & sanguinolentos h. e. recens natos distrahere  
 licere. Quam interpretationem Cuiacius in alle-  
 gato Pauli loco pluribus astruit & adducta eam in  
 sententiam rubrica C. de infantib. expositis, &c.  
 & rubr. C. de his qui sanguinol. &c. confirmat  
 abunde satis.

## T H E S I S X I.

*In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex  
 iustis nuptiis procreavimus.*

§. 1. h. t. 9.

Obstat



**O**bstat quod & alii sint patriæ potestatis adquirendæ modi, A. optio puta Respondendum est, Imperatori de nuptiis tractaturo satis fuisse primam & potissimam patriæ potestatis causam, in ipsa natura consistentem, indicare, & nuptiarum tractatu absoluto, ad alias eiusdem potestatis causas transitum facere.

## THESIS XII.

§. fin. d.  
iii. 9.

*Nec distinguitur, utrum ex ipso patre an huius filio nati sint liberi, quamvis ex filia prognati non filia patrem, sed maritum sequantur.*

**O**bstat quod unus idemq; in plurium potestate esse non possit. At nepos quin in filii potestate sit, non est dubitandum, §. minorem, cir. fin. i. de adopt. Non ergo in Avi potestate nepos erit. Respondendum est filium propriè loquendo nepotem in potestate non habere. Nam cum ipse in aliena potestate sit, alium in sua potestate ut habeat iuris ratio prohibet. l. sic eveniet Ad l. Iuliam de adulteriis. Quamvis in spe sit, fore ut avo mortuo, nepos in potestatem ipsius recidat. Neq; obstat d. §. minorem. Filius enim in adoptionem neporis consentit, non potestatis alicuius obtutu, sed ne ipsi invito suus hæres agnascatur.

## CORONIS I.

*An jure veteri, sine causa & iudicis pronuntiatione, propria auctoritate servi à Dominis occidat potuerint?*

**P**RO affirmativa sententia facit, quod simpliciter dominis ius vitæ & necis in servos tributum sit. Deinde quod Imperator in §. 2. h. tit. non  
lice



licere hodiè sint, causæ cognitione in servos scribere scripserit. Olim ergò licuit. Deniq; in l. 96. De V. O. à Domino ipso servum impunè occidi posse Iurisconsultus respondit. Pro negativa adducitur textus ex Institut. Caji: ubi expressè docet Gaius nò licere dominis sine causæ cognitione & judiciali sententia, servos suos occidere. Rem ita componendam dixerim: Iure quidem gentium homines in bello captos vel statim occidi, vel aliquandiu servari & postea quancumq; impunè interficere potuisse. Ut enim, qui prima captivitate occidi potuisset, idem alio quolibet tempore pro capientis & domini arbitrio iure occidatur, haud iniquum esse putari potest. Verum iure civili ita distinguendum debet: Vel enim servi in facinore deprehensi, h. e. merentes, ut explicat l. 53. §. 3. De legatis. 1. occiduntur, Quod impunè & propria auctoritate licet d. l. 96. l. 24. in fin. pr. Ad l. falcid. de adult. Vel de facinore non satis constat, & tunc judiciali cognitione & sententia opus erit. d. l. 1. §. 2. verb. sine causa h. tit. 15. De condict. causa dati &c. verbo in suspicionem.

## C O R O N I S II.

*Vtrum patrie potestatis dissolvenda modus Matrimonium sit?*

**N**on desunt qui Coronidis huius quæstionem adfirmativè decident. Sunt etiam qui inter matrimoniorum genera distinguant. Quibus omnibus ob rationes, quas iam recitaturi sumus, assensum dare non possumus. Primò constat certos non tantum constituendæ, sed & dissolvendæ patriæ potestatis modos iure civili definitos esse. Et  
verò



verò licet nuptiæ potestatis patriæ constituendæ  
 modus sint, tamen eadem è patris sacris liber  
 randi vim habere nulquam legitur. Non igitur  
 matrimonium inter modos quibus patriâ potestas  
 solvatur, numerandum est. Nec enim deinit quis  
 habere in potestate, nisi exierint liberi quibus cas  
 sibus solent l. patre, de his qui sui vel alien. iur  
 ris, &c. Et ut propius ad quæstionem accedamus,  
 filium quidem per nuptias patriâ potestate non  
 exire omnes fateantur necesse est, cum etiam liber  
 ros in Patris sui familiam edat. de filia sunt qui  
 addubitent. Verum nec hæc patriâ potestate per  
 nuptias eximitur, tum propter rationem modo in  
 dicatam, tum propter sequentes juris textus. Pri  
 mum enim Imperatores Dioclet & Maximi filiam  
 nuptam in sacris manere rescripserunt l. 12. C. de  
 collat. Quod ita demum verum esse, nisi ante nup  
 tias filia emancipetur, iidem Imperatores alibi  
 scriptum reliquerunt, l. 5. C. de condic. insert. Ace  
 cedat huc Gordiani constitutio, quæ ppst matris  
 monium, quod contra sum erat, dissolutum, ni  
 hilominus in patris potestate filiam remansisse  
 docet l. 7. G. de nupt. Quid quod Iustinianus  
 mulierem nuptam in parentis potestate esse aper  
 tissimè scribat §. 2. De Sc. Tertyll. Sed & ex l. 1. §.  
 5. de lib. exhib. perspicuum est, tantam esse pa  
 tris potestatem in filiam nuptam, ut eam suæ po  
 testatis iure à marito, vindicare possit, licet matris  
 monii favore monendus sit, ne suam potestatem  
 acerbè exercent. Deniq; mulier nupta familiæ  
 suæ caput dicitur, l. pronuntiatio §. fin. de V. S.  
 Ibi enim mulierem nuptam intelligi, inde licet  
 conicere, quod mulier familiæ finis ibidem dica  
 tur. Non obstat quod conventionem in manum  
 mulier in potestatem mariti transire dicatur, Vlp.  
 in frag.



in frag. Cuiac. in paratit. C. de legit tut. Conventio-  
 ne in manum mariti transit mulier in potestate  
 mariti. Et per consequens patria potestate libera-  
 tur, Recte. Ergo per matrimonium quoque filia in  
 potestatem mariti transit, vel sacris paternis exit.  
 Perperam: Nec enim conventio in manum ma-  
 trimonium est, sed tantum forma & solemnitas  
 matrimonij contrahendi. Denique conventio in  
 manum minima capitis diminutionis species est,  
 Cuiacius ob. lib' v l. cap. xxv. Matrimonium Cap-  
 itis diminutio non est. Certè enim filia nupta li-  
 bertatem & civitatem, non mutat: Sed nec fami-  
 liam. Quia familiae caput permanet d. l. pronun-  
 ciatio §. fin. Conventio in manum familiam mut-  
 tat.

DISPUTATIO QVIN-  
 TA EX TIT. X. DE NVPTIIS.

THESIS I.

*Nuptie sive matrimonium est viri & mulieris § 1. sup de  
 coniunctio, individuum vite consuetudinem con- patr. pot  
 tinens. test.*

**N**erique interpretum vocabulum nup-  
 tiarum proprie de solemnitate &  
 festivitate matrimonij accipi & abus-  
 sive pro ipso matrimonio dici exi-  
 stimant, sed vix est, ut sententia ex  
 iuris civilis textibus & rationibus  
 defendi & sustineri possit. Nuptiae enim si ipsi ritus  
 sunt, quid opus fuit scribere, de ritu nuptiarum,  
 solemnitas nuptiarum l. 3. C. de sec. nupt. nuptias  
 tum festivitas l. 24. d. tit. Rectius igitur dicitur

6 nuptias

da  
 bet  
 tur  
 as  
 uis  
 cal  
 ius  
 us,  
 non  
 bet  
 qui  
 per  
 in  
 pri  
 am  
 de  
 nut  
 libi  
 Ac  
 tri  
 ni  
 fisse  
 nus  
 ber  
 t. §.  
 pal  
 pol  
 tri  
 tem  
 ilia  
 . S.  
 icet  
 ica  
 um  
 /Ip.  
 ag.



nuptias in civili iure non aliter . quam pro iusto  
 matrimonio accipi, idq; aliis rationibus compro-  
 bari potest. Primum. quod non tantum Impera-  
 tor in § 1. sup. de patr. potest. & Iuriconsultus in  
 l. 10. d. h. t. nuptias pro uno eodemq; sumant, sed  
 & quod Modestinus nuptias non solemnitate,  
 sed ipsam maris & feminae coniunctionem definiat.  
 Sane si sub eo tit. de nuptiis. i. e. de festivitatibus,  
 uti putatur, matrimonii, differere voluissent Iuris  
 compositores, earum quoq; nuptiarum definitio-  
 nem iure praemisissent. Quin & Ulpian. in frag.  
 tit. 5. quas Imperator nuptias hoc loco dicit, Ma-  
 trimonium appellat. Neq; obstat §. Si adversus ea.  
 Nam ibi ne verbo quidem differentiam inter nu-  
 ptias & matrimonium constituendam esse docetur.  
 Et particula disiunctiva, Nec, conjunctionis vim  
 habet, l. saepe de verb. Sign. Deniq; non tantum ma-  
 trimonium, sed & nuptiae omnem maris & feminae  
 coniunctionem legitimam in libris nostris ple-  
 runq; significant. Et quemadmodum vocabulum  
 nuptiarum, ita etiam matrimonium civile nomen  
 est. Nam Imperator in §. 1. de iur. nat. gent. & civil.  
 Maris, inquit, & feminae conjunctio, &c. quam nos  
 matrimonium appellamus, &c. Per Pronomen  
 Nos, cives intelligit Romanos, l. hostes de V. S.  
 Quod etiam inde confirmatur, quod inter servos  
 non sit matrimonium, quos tamen iure naturali civibus  
 Roman. pares & aequales esse constat. Connubium  
 sane mere civile nomen esse, vel ex solo, Vlp. frag.  
 t. 5. intelligi potest. Qua in significatione voca-  
 bulo nuptiarum Gaius in sua priori institutione us-  
 sus est, quando legitimas nuptias esse scribit inter-  
 ventibus. nuptiis, id est interveniente connubio.  
 Quæritur hoc amplius, cur nuptiae matrimonium  
 potius, quam patrimonium dicantur? Non est dis-  
 cendum



cendum id ideo fieri, quod verbum patrimonii pa-  
 ternas facultates denotet, atque ideo huic rei pro-  
 prie significandæ & explicandæ non satis conve-  
 niat. Nam & matrimonium bona significat ma-  
 terna, uti ex Seneca, Cuius in not. suis ad tit. De res-  
 rum divis. &c. probat. Non etiam est asseverandū  
 matrem natura certam esse, ut denominationem à  
 certiore causa factam esse verisimile sit. Nam &  
 pater natura certus est. Et matrimonium magis ci-  
 vile nomen esse ante probavimus. Tentari potest  
 matrimonii appellationem ex ipso nuptiarum ita-  
 statu originem ducere verisimili & probabili con-  
 iectura, ut quia mas liberorum procreandorum a-  
 nimo & voto uxorem ducit, atque adeo cum uxore  
 ducenda, quasi cum futura matre nuptias contra-  
 hit. l. liberor. §. præter hæc omnia de V. S. nuptiæ eo  
 voto & tractatu tractatæ matrimonium appellen-  
 tur. Et verò licet nuptias contrahens ex voto suo  
 quoque pater fiat, tamen is non est contrahentis tra-  
 ctatus, sed potius ille, ut uxorem sibi adsciscat, quæ  
 votum suum expleat, ipsi liberos edat & mater fi-  
 at. Ceterum quam Iustinianus viri & mulieris, eam  
 Modestinus maris & femine coniunctionem dixit.  
 Sunt in iure civili plerumque unius rei appellationes  
 variæ. Ita exempli causa ea, quæ nobis matrimonio  
 jungitur, Matrōna, Materf. Mulier, uxor, femina,  
 appellatur. Quamvis inter hæc appellationes al-  
 liquid interesse verum sit. Gell. li. 18. cap. 7. Matrōnā  
 dici putat, quæ anni lapsu in matrimonium cum vi-  
 ro convenerit, non tamen in familiam mariti tran-  
 siverit. Eidem Gellio Materf. est quæ coemptione in  
 manum mariti convenit. Sanè ex l. pronuntiatio  
 §. 2. de verb. signif. matremf. eam fuisse, quæ  
 in manu, mancipiove mariti fit facile intelligitur.  
 Docet, n. Iurisc. familiam iure proprio dici perso-



nas, quæ vel natura, vel jure sub unius sint potestate, & inter ceteras personas matremf. refert. Constat verò matremf. natura sive natiuitate patrisf. subiectam non esse. Ergò ut jure sive conventionem sub patrisf. potestate sit sequens fuerit. Neq; obstat quod paterf. quoq; personis iis, qui sub unius potestate constitutæ familiam jure proprio faciunt adnumeretur, quem tamen certum sit, neq; natura, neq; jure sub alterius potestate constitutum esse. Nam ipsa textus verba in d. §. 2. liquido probant, patrem ibi dici eum, qui dominium in domo habeat. h. e. qui familiæ caput & dominus sit. Quod de matref. commodum dici nequit. Porro Jurisconsulti nostri vocabulis istis materfamilias & matrona, usi sunt promiscue. Nam quæ in l. 1. §. omnemq; de injuriis, Matrona nominatur, ea in l. item apud §. si quis virgines eod. Materfamilias dicitur: Contra quæ in l. probrum de rit. nupt. materfamilias appellatur, illa in l. si vxor. cir. pr. de adulter. matrona vocatur. Illud planè extra controversiam est, quod Jurisconsulti Matronam & Matremfamilias ex honestate sive bonis moribus æstimarint. l. pronunciatum De verb. signif. l. 41. in fin. D. h. tit. Est enim Materfamilias notæ auctoritatis femina l. 3. in fin. De liber. exh à qua pudicitia ratio requiritur. Neq; obstat l. 13. in pr. de adulter. Vbi quæ concubina sit, matronæ nomen non amittit. Hoc enim in patroni concubina tantum teceptum est l. 14. §. 1. D. h. tit. Dicitur alibi domina l. pater. §. Iulius de leg. 3. Vxor etiam dignitatis nomen est l. 49. §. 4. De leg. 3. Qua ratione domina quoq; dicitur l. 41. in pr. d. tit. l. 19. §. 1. De an leg. 3. l. 1. Rer. amot. No. 74. cap. Femina appellatio latior & uberior est. Nam pro omni persona feminei sexus, non tantum

tum



rum nupta, sed & viripotente accipitur, §. 1. Institut. h. t. Mulieris denique triplicem significationem in libris nostris reperire licet: Primum enim omnes feminini sexus personas, tam infantes quam adultas significat l. 25. §. muliebri de aur. & arg. leg. Deinde pro virgine viripotente usurpatur l. 13. de verb. signif. l. 4. l. 88. D. h. t. l. 5. Qui testamenta facere, &c. Postremo eam quæ nupta est designat l. 11. §. si quis virginem De act. empt. l. 41. l. pronuntiatio, in fin. de verb. signif. Verbum coniunctionis, sponsalia, quæ coniunctionis spes sunt l. 6. De sponsalibus, à nuptiis distinguit. Obstat quod consensus non verò concubitus sive coniunctio nuptias faciat l. consensus De Reg. Iur. Respondendum est, per coniunctionem non tam corporum quam animorum consensionem & coniunctionem significari. Denique nuptiæ individuum vitæ consuetudinem continere dicuntur, non quod divortia inter coniuges omninò prohibita sint, sed quod is sit animus & votum matrimonium contrahentium, ut nunquam divertere velint, arg. l. 1. De jur. dot. & l. liberorum §. 3. de verb. signif.

## T H E S I S II.

*Has contrahunt inter se soli cives Romani, qui §. 1. h. t. secundum præcepta legum coeunt, Masculi quidem puberes, Feminae autem viripotentes, sive patres, sive filias, sint.*

Obstat quod Strabo, Livius, Cicero & alii probati Auctores civibus Romanis cum Italis aliisque peregrinis connubia fuisse scribant. Nisi cum Ulpian. in frag. tit. 5. id eo casu verum esse dixeris, quo latinis & peregrinis jus connubii datum & concessum est. Ex Iustineanea constitutione nuptiis



ptiis liberi & servi hominis servus in libertatem  
eripitur, & nuptiæ justæ habentur l. unic. §. 9. C.  
de lat. lib. tol. Novel. 22. c. II.

## T H E S I S III.

d. §. I.

*Dum tamen si Filii. sint, consensum habeant  
parentum quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri  
debere, & civilis & naturalis ratio suadent.*

## T H E S I S IV.

d. §. I.

*Consensum verò accipimus non tantum expressum,  
sed & tacitum.*

**O**bstat quod Paulus lib. 2. receptor. Sentent. tit.  
19 sine voluntate parentum contracta matrimo-  
nia rescindi non debere responderit. Quare  
Paulum ita explicat, quasi is matrimonium vo-  
luntate patris prius contractum, non ideo dissolvi  
velit, si pater in ea voluntate non perseveret arg.  
l. dif. sentientis C. de Repud. Sed quam aliena à  
mente Pauli interpretatio illa sit, ipsius responsi  
verba satis arguunt. Verius est, legem quidem ci-  
vilem velle, ut in nuptiis filiorum. consensus pa-  
rentum adhibeatur, sed tamen si contingat, ut præ-  
ter consensum huiusmodi nuptiæ contrahantur,  
favoris conjugalis causa eas non dissolvere, ne scilicet  
benè concordantia matrimonia, iure patriæ  
potestatis turbentur. arg. l. 1. De liberis exhib. Et  
hac in parte lex illa civilis imperfecta videri pos-  
test. Leges enim quando aliquid fieri iubent, semper  
quod contra eas fit, irritum & nullum pronun-  
tiant l. non dubium C. de legib. Cuiacius d. loco.  
Neq; verò novum hoc est. Nam exempli causa, lex  
vult, ut decreta ac sententiæ sine conditione ferantur,  
latas tamen sub conditione non rescindit l.

l. §. bid



l. §. bi dnum. Quando appell. fit. Cuiac, in l. 2. De  
 excus. tutor. Atq; hoc est, quod Ulpianus in frag.  
 tit. l. Minus, ait, quam perfecta lex est, quæ aliquid  
 vetari fieri, et si factum sit, non rescindit. Ceterum  
 quæritur quæ sit ratio ob quam parentum consen-  
 sus in nuptiis filiis, adhiberi debeat? Imperator  
 Justinianus ita naturalem & civilem rationem sua-  
 dere scribit. Naturalem interpretantur juris gen-  
 tium rationem, qua parentibus obedire iubemur.  
 Per civilem rationem patriam potestatem intelli-  
 gunt. Verum de hac Iustinianeâ ratione, & eius  
 interpretatione haud immerito quis addubitave-  
 rit: Primum enim si naturali ratione consensus pa-  
 tris requiritur, utiq; & in emancipatorum nuptiis  
 idem consensus interveniat necesse fuerit, contra  
 quam in l. filius 25. h. tit. responsum sit. Deinde  
 pari ratione in neptis matrimonio patris assensus  
 desiderabitur, contra dispositionem l. oratione. §.  
 1. D. h. tit. Deniq; & matris consensus à filio uxore  
 rem ducente experendus erit, contra quam in §. 1.  
 Institur. h. tit. scriptum & sanctum sit. Dicen-  
 dum igitur hanc esse mentem Imperatoris. In filiis  
 nuptiis consensum patris requiri, ex naturalis ra-  
 tionis, qua parentibus obedire debemus, suasionem,  
 & civilis rationis præcepto, quod non tantum  
 consistit, uti vulgò opinantur, in patriæ potesta-  
 tis iure, sed in eo maxime ne patri invito suus ag-  
 natscatur heres, Primò enim ab adoptione & ge-  
 neratione civili ad generationem naturalem be-  
 nè argumentamur. l. filio De liberr. & post. At  
 adoptio non potest fieri ab avo nisi filius con-  
 sentiat, ne invito ipsi heres agnatscatur l. 6. de ad-  
 dopt. Idem ergò dicendum videtur in generatio-  
 ne illa naturali. Imò idem dici debere (fit hæc  
 secunda ratio) probamus textu expresso d. l.

generatione



oratione §. 1. h. tit. ubi nepote uxorem ducere volente etiam filius consentire debet, licet nepte nubente avi auctoritas sufficiat. Quia scilicet illo casu filio invito agnasceretur suus heres, hoc casu non item. Denique huc pertinet, quod olim filius furiosus sine patris quantumvis consentire non valentis consensu nuptias celebrare non poterat, filia vero nubere poterat, quia ex illo suus heres patri furioso edebatur, ex hac non item l. 25. C. h. t. Neque obstat quod patri furioso invito & dissentienti suus heres non agnascatur. Quia utique nec consentienti. Quae Tryphonini in contraria facti specie ad similem tamen objectionem responsio est, in l. in bello §. 3. De capt. & post revers. Concludendum ex his, in filiis nuptiis requiri patris consensum, sine quo nuptiae sint iniustae, liberi iniusti. l. Paulus De stat. hominum. Quod usque adeo verum est, ut pater captus per triennium expectandus sit, l. 9. l. 10. h. t. nisi vota urgeant, & quemadmodum jurisconsultus loquitur, necessitas faciat, ita ut filius absentem patrem triennio expectare non possit? Nam hoc casu verum est, quod Tryphoninus respondit, his verbis: Medio tempore filius, quem habuit in potestate captivus, uxorem ducere potest. Agnascitur ergo isto casu suus heres revertenti avo, quodammodo invito propter necessitatem, ut textus habet, & nuptiarum utilitatem publicam d. l. in bello l. §. 3. de capt. & post revers. Denique ne dissolvi quidem matrimonium sine consensu patris potest l. 7. in pr. C. de nupt. & si dissolutum sit, non renovatur nec redintegratur absque patris consensu novo l. 18. h. tit. d. l. 7. Obstat quod matrimonium redintegratum perinde habeatur, ac si nunquam solum sit l. 33. h. tit. Nec ergo patris auctoritas de novo requirenda videtur. Respondendum est

d. l. 33.



d. l. 33 eo casu procedere, quo vxor brevi fuit re-  
 versa: Nec enim ea divertisse videtur, l. quidquid  
 calore de Reg. Iur. Quid multis, ipsum matrimo-  
 nium, & hinc prognati liberi filiumf. non antè se-  
 quuntur, quam Paterfamilias mortuus sit, l. 46.  
 famil. heriscundæ. l. 56. §. 2. de Jur. dotium. Er-  
 gò cum matrimonium d. l. 46. h. e. matrimoni-  
 onera d. §. 2. ad parentem pertineant, ut parens  
 quoq; consentiat, æqui boniq; ratio suaserit. Ad  
 parentem onera matrimoni- pertinerè inde pro-  
 batur, quod mortuo parente primum pertineant  
 ad filium, d. l. 46. d. §. 2. Nec obstat quod ex d. l.  
 1. de lib. exhibend. in medium adfertur, bene sci-  
 licet concordantia matrimonia non esse turbanda  
 patriæ potestatis iure. Loquitur enim ibi Iuriscon-  
 sultus de contractis, non de contrahendis nuptiis,  
 cuius juris rationem paulò ante explicuimus. Rur-  
 sus quod adfertur definitionem complecti & ex-  
 primere debere vim & substantiam rei, qua de ag-  
 gitur l. 1. §. 1. de dol. At definitionem nuptiarum  
 non meminisse patris consensus. Igitur nec con-  
 sensum patris ad substantiam pertinere, id diluen-  
 dum est ratione duplici: priore, quod coniunctio  
 intelligenda sit legitima, talis verò coniunctio fi-  
 liorum familias, dici non possit, nisi accesserit  
 parentum voluntas d. l. Paulus. Posteriore, quod  
 Iustinianus in §. 1. supra, de patr. potest. & Iuris-  
 consultus in l. 1. D. h. tit. Nuptias ingenere defini-  
 rint, nec eas solas, quas filii. contrahunt, respexer-  
 rint. Ex qua apparet id quod dicitur, consensus  
 paterni mentionem fieri in definitione debuisse,  
 tantum abesse ut verum sit, ut contra si mentio con-  
 sensus istius facta fuisset, definitio non exiguo vi-  
 tio laboraret. Tertium argumentum eiusmodi  
 est: Libera matrimonia esse debent l. nec ab initio



14. l. nec filium 12. C. h. tit. fac. l. 21. h. tit. l. 28.  
 h. tit. At si patris consensus expectetur, matrimo-  
 nium non erit liberum l. velle. de Reg. Iur. E-  
 gregia sanè argumentatio. Quasi verò Juriscon-  
 sultus in l. 22. D. h. tit. non responderit, eum, qui  
 cogente patre uxorem ducit, matrimonium ma-  
 luisset. Nam ita quoq; is qui coactus manumittit,  
 voluntatem suam accommodasse censetur l. si pri-  
 vatus i. Qui & à quibus manum. l. 25. de evict. De-  
 niq; quod dicitur matrimonia debere esse libera, id  
 eò pertinet, ut intelligatur Matrimonia poenis non  
 esse constringenda l. Titia de verb. obligat. Mat-  
 rimonia à metu, qui in constantem hominem ca-  
 dat l. 6. Quod met. causa, libera esse debere, c. con-  
 veniens, c. consulationi ext. de sponsalibus. Et  
 verò filiorum etiam matrimonia eas poenas vel  
 metum istum minimè admittere l. 12. & 14. C. h.  
 tit. dilucidè satis probant. Hoc amplius iidem il-  
 li ita argumentantur: Sponsa & Ecclesia æquipa-  
 rantur, c. sicut 7. q. 1. At filius ad Ecclesiam acce-  
 dere, puta in Cœnobium secedere sine patris per-  
 missu potest l. Deo nobis C. de Episcop. & Cleric.  
 Ergo &c. Hic rursus in disputatoribus illis iudiciū  
 requirimus. Alia ratio est professionis vitæ mona-  
 sticæ, longè alia matrimonii contrahendi. Hoc  
 casu invito pari quæritur filius. Illo casu non æ-  
 què. Super est quindum; In spiritualibus & in iis,  
 quæ publici juris sunt patria potestas non attendit-  
 ur, c. ult. De iudic. in 6. l. filiusf. De iis qui sui  
 vel alien. &c. At matrimonium est spirituale &  
 juris publici c. debitum de bigam. l. 1. Sol. matr.  
 l. 1. h. tit. Ergo in matrimonio patriæ potestatis  
 ius non attenditur. Duplex est responsio. Nam  
 dato eo, quod patria potestas in spiritualibus vel  
 publicis non attendatur, tamen rationem illam,  
 qua



qua iniquum esse putatur, ut cui invito suus heres  
 agnascatur, in spiritualibus & publicis confide-  
 randam esse, vix quisquam inficiari potis fuerit.  
 Ius enim spirituale, ius item publicum, cuiquam  
 quod suum est tribuit. Deinde quod dicitur patri-  
 am potestatem in spiritualibus, & sic in matrimo-  
 nio attendi non debere verum est, si forte impia,  
 vel juri divino non consentanea parentes præce-  
 perint. Hoc autem casu quando de parentum con-  
 sensu in nuptiis filiorum. ex necessitate ob patri-  
 am potestatem adhibendo disputatur, tantum abesse  
 ut parentes sub prætextu suæ potestatis iniqua vel  
 le videantur, ut contra etiam æquissima, & divi-  
 nis literis maximè consentanea præcipere verè &  
 sine ulla reprehensione dici queant. Haftenus de  
 parentis consensu in nuptiis filiorum. adhibendo.  
 Quod si verò nepos uxorem ducturus sit, dubitari  
 potest an is patris sui consensum adhibere cog-  
 gendus sit? Certè cum filii consensus requiratur  
 in nepotis adoptione, quæ ab avo fit. §. minorem  
 cir. fin. Institut. de adopt. l. 6. l. 11. D. eod. non  
 mirum si quis etiam in matrimonio nepotis præ-  
 ter avi auctoritatem filii assensum requisierit, ex  
 ratione juris certissima, quia ut in adoptione d.  
 §. minorem, sic etiam in matrimonio filio in-  
 vito suus heres agnascatur. Quam sententiam  
 Ulpiano quoque in l. si nepos §. h. t. placuisse ve-  
 rissimè fit, quando scribit, sufficere avi volunta-  
 tem in nepotis matrimonio, si pater furiosus  
 sit, avus sapiat. Ergò si pater furiosus non  
 sit, non etiam sufficet avi voluntas, sed eo ampli-  
 us patris consensus necessarius erit. Denique Jus-  
 risconsultus Paulus in l. oratione §. 1. D. h. t. Ne-  
 pote uxorem ducere volente, filium quoque con-  
 sentire debere apertis verbis respondit, pro sen-  
 tentia



tentia contraria textus est in §. 1. instituit h. t. l. 2. D. Eod. & l. 5. C. eod. ubi docetur consensum eius, cuius in potestate contrahentes sunt, sufficere. Certum autem est nepotem non in patris, sed in avi potestate esse §. fin. De patr. potest. 'Nec ergo patris voluntas expetetur. Nam & eadem ratione, emancipatus sine consensu patris matrimonium celebrat. l. filius 25. D. h. t. quod nimirum suae potestatis sit. Denique hanc sententiam l. 3. D. h. t. dilucidè probat. Ibi enim solius avi consensum in nepotis matrimonio requiri disertè scriptum est. Neque verò cum Accursio in d. l. 3. distinguendum est inter eum nepotem qui uxorem ducit ex propria familia, & eum qui ex aliena familia sibi matremf. adsciscit, ut illo casu patris consensum requiri dicamus, hoc casu necessarium esse negemus. Sive enim ex propria si ve ex aliena familia nepos uxorem ducat, semper filio invito suum heredem procreat, quod fieri non debet d. l. 6. de adopt. Respondendum igitur est nepotem, de cuius nuptiis quæritur. mortuo avo in potestatem patris recasurum esse, vel non esse. Priori casu patris auctoritatem requiri d. l. oratione. Posteriori patris consensum necessarium non esse d. l. 3. Solutionis huius ratio certa est, quod priori casu nepos filio invito suum heredem editurus sit, Posteriori verò casu non filio sed sibi ipsi suum heredem procreet. Quæ solutio ex ipso textu d. l. oratione, §. 1. plana est. Iurisconsultus enim Nepote uxorem ducere volente & filium consentire debere respondet, quia nimirum, si in ipsius potestatem recidat, ipsi quoque suum heredem editurus sit. Neptis verò si nubat sufficere avi auctoritatem attexit. Quia scilicet neptis in mariti non in patris sui familiam liberos edit. Obstat quod hac ratione eveniat,

veniat,



veniat, ut nepos in duorum, tam patris quam avi  
constituatur potestate. Deinde quod nepotem in  
potestate habeat filius, qui ipse nec dum suæ potes-  
tatis sit, contra l. sic eveniet. Ad l. Iuliam de ad-  
dult. Dicendum nepotem in duorum potestate  
nequaquam constitui. Mortuo enim avo pater pri-  
mum nanciscitur potestatem in nepotem h. e. fili-  
um suum l. 5. De his qui sui vel alien. sur. Dices  
si hoc verum est sequitur patris auctoritatem non  
requiri, sed avi consensum sufficere; Eorum enim  
solum experimus, qui in potestate habent. §. 1. h. t.  
Dixerim auctoritatem patris in nuptiis filii neces-  
sariam esse, non tam potestatis patriæ ratione,  
quam ea, quod invito filio suus heres agnasci non  
possit, quemadmodum paulo ante probavimus.

T H E S I S V.

*Edictum de matrimonio contrahendo prohibi-  
torium est, unde infertur, omnes, qui non probi-  
bentur, matrimonium contrahere posse.*

arg l. 12. in  
pr. de Jud.

T H E S I S VI.

*Primum verò, inter eas personas, quæ paren-  
tum liberorumvè locum obtinent, contrahi nuptiæ  
non possunt, quas etiam velut jure gentium incestas  
& nefarias natura & ratio respuit.*

§. 1. h. t. l.  
fin. cod.

**A**ccursius nefarias nuptias putat esse jure gen-  
tium incestas, à quibus nuptiæ civili jure in-  
cestæ omnino differant. Incestæ ergo nuptiæ vel  
gentium vel civili jure incestæ sunt. Illæ nefariæ  
§. ergo h. t. damnatæ Novel. 12. Sanguinis con-  
tumelia l. 38. §. 1. De Adulter. nefandæ, naturæ  
contrariæ dicuntur, d. Novel. 12. Est hæc Accursii  
distinctio Legib. valde conscranea. Et primo veluti  
regula



regulæ loci tenendum est, quod Paulus scribit in hunc modum. Si quis ex his quas moribus prohibemur uxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere. l. 39. §. 1. h. t. Ex quo intelligitur, incestum simpliciter dictum, pro incesto jure gentium habendum esse. Quodcumque enim moribus five jure gentium nuptias prohibitas contrahimus, jure gentium etiam incestum committi l. ultima h. t. planissime docet. Ex eadem l. ult. incestum quod jure gentium committitur, inter solos ascendentes & descendentes fieri, & ab hoc incesto, cum qui inter transversales committitur, distinguendum debere plus quam manifestissimum est. Qua ratione fit ut Iurisconsultus in d. l. 38. §. 1. & 2. cum sororis filia, incestum jure civili tantum committi, & nullam cum ea sanguinis contumeliam esse h. e. nullum jure gentium incestum fieri respondet. Quamvis verò Cuiacius in d. Novell. 12. Nefarias & incestas nuptias non differre, atque inter eos etiam, qui ex latere veniunt incestum jure gentium committi velit, tamen juris textus quos in sententiæ suæ assertionem adfert, id nequaquam probant. Primum enim ex allegato §. h. t. non evincitur inter nefarias & incestas nuptias nihil omnino discriminis esse, sed potius §. ille probat nefarias nuptias incestas esse. Quo ipso nihil est verius. Sed & incestarum nuptiarum significatio amplior ad nuptias jure civili incestas, & quæ nefariæ non sunt pertinens, ut sanè Rubrica d. Novell. 12. bellissime facta sit hoc modo. De incestis & nefariis nuptiis, generaliiori vocabulo primum posito. Neque obstat l. 5. de questionibus, ubi nuptiis cognatæ incestum committi, & contrafas fieri respondetur. Nam cum Iurisconsultus ibi loquatur de jure civili incesto, quemadmodum ex

d. l. 39.



d. l. 39. §. i. docuimus, contra fas quoque fieri, quod iure civili fas non sit, ut ibidem dicat, sequens fuerit. Neque sequitur, Nuptias iure civili prohibitas violare contra fas est. d. l. 5. Ergo nuptiæ illæ iure gentium nefariæ sunt. Deinde adducta l. ult. §. ult. De cond. sine causa, non probat iure gentium inter adfines collaterales incestum committi, sed inter adfines ascendentes & descendentes. Recte, quia inter hos quoque, cum ascendentium & descendentium loco sint, incestum iure gentium sit d. l. ult. h. t. Certe difficultatem aliquam habet, quod Pomponius sororem libertinam uxorem ducere moribus prohibendum esse scribat, l. 8. h. t. Ex quo efficitur si libertina soror uxor ducatur iure gentium incestum committi ex definitione d. l. 39. §. 1. nisi cum Cuias ob. 16. c. 37. verbum, sororem, in d. l. 8. abesse debere putemus vel potius mores non tantum gentium, sed & urbis Romæ mores intelligemus, quemadmodum in l. 34. §. i. De contr. emp. Denique in hanc sententiam ipse Cuiacius in Parat. C. de incest. & in ut. nup. tandem concessit, & inter ascendentes ac descendentes tantum iure gentium incestum committi professus est: licet eo nos iure uti, ut inter collaterales quoque iure gentium, incestus committi intelligatur: contendat d. No. 12. & ob. 16. c. 37.

T H E S I S V I I .

*Inter eos quoque qui ex latere veniunt matrimonium aliquot gradibus prohibendum est: cum sororem & fratris aut sororis filiam, neptemve uxorem ducere, vel fratri aut fratris & sororis filio nepotivè nubere contra fas sit.* §. 2. h. t. §. 3. eod.

**O**bstat quod inter transversales nulli sint gradus, Quia nullæ generationes. Gradus enim nihil aliud est quam de proximo cognato in proximum

in  
ni  
ur  
ne  
ti  
us  
hi  
ul  
ce  
os  
ce  
dit  
est.  
& 2.  
m  
am  
re  
rel.  
atq  
sul  
tus  
qua  
n. l.  
tias  
ille  
ni  
gniv  
, &  
rica  
De  
ulo  
nib.  
ntra  
sibi  
m ex  
l. 39.



ximum transitus, ita ut singulæ generationes singulos gradus faciant. Cum ergo frater fratrem, vel patruelis patruelem non gignat, sequetur nullum inter istos gradum esse. Respondendum cum Paulo in l. iurisconsultus vers. idem faciendum de gradib. & adfinit. in linea collateralis patrem vel aliū ascendentium tanquam genitorem priorē numerari, & ab illo ad personas ex transverso transitum fieri. Obstat præterea thesi huic, quod inter eos qui quarto invicem gradu sunt, nuptiæ consistant §. duorum h. t. Sororis autem neptis quarto gradu sit. Unde uxorem eam duci posse sequitur. Respondet Imperator in §. fratris verò h. t. neptem sororis, uxorem ducere non esse permissū, quia nec sororis filiam uxorem habere liceat. Cuius enim filiam uxorem ducere non sit licitum, eius nec neptem permittatur. Obstat huic solutioni sequens ratiocinatio. Cuius filiam ducere non possum, eius nec neptem uxorem habere possum. Avi filiam h. e. amitam meam ducere uxorem prohibeor d. §. duorum in fin. Ergo nec neptem eius §. consobrinam meam jure in uxorem acciperim, contra quam in l. celebrandis C. h. t. dispositum sit. Dicendum est regulam ab Imperatore adductam non generaliter exaudiendam, sed ad propositam ab Imperatore vel quam aliam omnino similem facti speciem restringendam esse, ut is sensus sit: Frater fratris neptem ducere uxorem prohibetur, quia nec filiam fratris in matrimonium habere potest. Neptis autem filiae loco est l. sororis h. t. Alia ratio est in avi filia & avi nepte. Etsi enim avi filia h. e. amita, matris loco sit, d. §. duorum in fin. tamen de avi nepte idem non bene dicitur, cum ea matris locum non teneat. Ergo cuius filiam uxorem ducere prohibeor, eius  
nec



nec neptem ducam. Nam & neptis filia est, sed  
nec proneptem. Quia & hæc filia loco est. d. l.  
sororis, &c.

## T H E S I S I I X.

*Quamvis duorum fratrum vel sororum, vel §. 4. d. l.  
fratris & sororis liberos coniungi de jure civili  
posse receptum sit.*

**O** bstat quod in Theophili Paraphrastis Codice,  
& aliis quibusdam libris negatione apposita  
scriptum sit, hoc modo: Duorum fratrum liberi  
coniungi non possunt, &c. Qua ratione Caius li.  
l. Institut. tit. 4. quod fratres amitini vel consobri-  
brini in matrimonio jungi non queant, respondi-  
se videri potest. Sunt qui existiment jure ve-  
teri inter hæc personas non constituisse nuptias,  
temporis progressu concessas esse. Quod non est  
admittendum. Et verius est Caji librum, quem ad  
modum etiam Theophili exemplar, corruptum  
esse, jure enim eo, quod ante Iustinianum fuit,  
consobrinos & consobrinas matrimonio jungi po-  
tuisse, jurisconsultorum nostrorum monumenta  
abundè testantur. Nam sub hac conditione. Qui  
consobrinam suam duxerit ex dodrante heres er-  
rit, Institutionem licitè fieri, nec pro turpi haberi  
Marcellus respondit l. uter ex fratribus de con-  
tit. institut. Et quod Contius lib. 2. subsec. var.  
lectio: c. l. contra disputat pius magis, quam  
juri civili consentaneum est.

## T H E S I S I X.

*Adfinitatis quoque veneratio nuptiis quibusdam  
impedimentum adfert: Unde privignum vel nu- §. 6. d. l.  
rum, novercam vel socrum, uxorem ducere veti-  
tum est.*

f

Adfi



**A**dfinitas nihil aliud est, quam ius necessitudinis contractæ inter coniugem & alterius coniugis cognatos: Duo enim sunt adfinitatis extrema: Prius, alter ex coniugibus: Posterius, alterius coniugis cognati. Quod à Iurisconsultis doctissimis, Cuiacio, Horomanno, & Contio animo aduersum est recussimè. De iure enim civili nulli sunt adfinitatis gradus l. 4. §. 5. De gradib. Quo factum est, ut in Pandectis Florentinis rubrica concepta sit in hunc modum: De gradibus & adfinitibus, &c. Et quamvis Paulus in l. Iurisconsultus Eod. Iurisconsultum gradus cognatorum & adfinitum, nosse debere scribat, tamen lectionem illam corruptam, & pro verbo, adfinitum, adfines, legendum esse, cum Cuiacio omnino asserendum est, quod inscriptio legis satis superq; arguit, & definitio rei gradus, qui nihil aliud quam generatio est, abundè evincit. Nec n. adfinitis adfinitem gignit.

THESIS X.

§. 8. d. t.

*Mariti verò filius ex alia uxore & uxoris filia ex alio marito vel contra matrimonium rectè contrahunt, licet habeant fratrem, sororemvè ex matrimonio postea contracto natos.*

**S**unt qui hinc axiomata quædam extruxerint, eundem scilicet eidem esse posse, vitricum & socerum novercam & socrum. Ex diverso eundem eidem privignum & generum, privignam & nuram esse posse. Quod quia sub obscurius ab ipsis fit, exemplum proponemus. Titius viduus ex defuncta uxore habet filiam Mæviam. Seja vidua habet ex prædefuncto marito filium Sempronium. Titius & Seja, Mæviam & Sempronium matrimonio junguntur. Fit Titius Sempronii, Vitricus, quia

Sem



Sempronii matrem duxit. Fit etiam Sempronii  
 socer, quia filiã Mæviam ei elocavit. Rursus Sæja  
 Mæviam noverca & Særus est, quia Sæja & Mæv  
 via patrem in matrimonium accepit, & filium  
 suum Sempronium in Maritum Mæviam dedit.

## THESIS XI.

§. 2. d. t.

*Si adversus ea quæ diximus aliqui coierint  
 nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium,  
 nec Dos intelligitur.*

Obstat e. discretionem e. ex literis de eo qui  
 cog. &c. Vbi cognationis ius inter personas  
 quæ in gradu prohibito nuptias contraxerunt, con  
 sistere rescriptum est. Sed discrepat ea in re ius  
 pontificum à iure civili. Nam quod Corasius lib.  
 1. Miscel. cap. 3. ius canonum l. 4. C. h. t. probari scrip  
 sit tam est falsum, quam quod falsissimum. Nec  
 enim ibi filius patris concubinam ob adfinitatem,  
 quæ nulla est, sed ob honestatem ducere veratur.  
 Non etiam obstat l. & nihil D. h. t. ubi ex iniustis  
 nuptiis cognationem esse respondetur. Nam inter  
 personas ex iniusto & illicito concubitu procreat  
 as cognatio, quæ revera nulla est, l. 4. §. sciendum  
 h. tit. esse aliqua fingitur, ad hoc nimirum, ut nu  
 ptia inter eas personas non contrahantur.

## THESIS XII.

*Sed & liberi nati pro liberis non habebuntur  
 nos caduca fiet, & omnia bona fisco applicabun  
 tur, justis filiis non existentibus.*

d. §. 12.  
No. 12.

Obstat thesis præcedens, ubi dotem hoc casu nul  
 lam esse diximus, Quæ autem nulla est dos,  
 caduca fieri nequit. Respondendum est, pecuniã  
 dotis nomine datam, pro dote non esse; & cum  
 f a dicio



dicimus dotem fieri caducam, intelligi volumus pecuniam illam, quæ dotis nomine contra juris prohibitionem data est. Porro obstat auth. bona damnatorum, C. de bon. damnat. ubi in solo læsæ maiestatis crimine honorum publicatio permittitur. Respondeo per generalem istam constitutionem Novellis non derogari, sed tantum veteres leges quibus in multis variisq; criminibus honorum publicatio introducebatur, abrogari, Novellæ igitur constitutiones quæ specialiter honorum publicatione crimina puniunt per d. auth. bona damnatorum, abrogatæ non dicentur, quemadmodum hac de re pulchrè Cuiacius in d. Novel. 12. differit.

## CORONIS I.

*An solus consensus nuptias faciat?*

**R**egulariter nuptias consensum non concubitu facere, docemur l. nuptias De Re. Iu. Maritalis honor & affectio l. donationes de donat. l. ii. C. de Repud. plenus honor l. cum tabulis §. i. De his quibus ut indig. solus affectus Novell. 74. cap. 4. No. 117. cap. 3. affectus alternus, id est, mutuus. Novell. 22. cap. 3. nuptias facit, sine concubitu, d. l. nuptias 8. C. de incest. nupt. sine testationibus in scriptis l. 4. de pign. sine dotalibus instrumentis d. Novel. 22. cap. 3, d. Mo. 74. cap. 4. & c. l. 13. c. h. t. (excepto casu, qui est in d. No. 117. cap. 4.) sine dote l. ii. in princ. C. de repud. sine ulla in domum deductione l. sæja 66. in pr. De donat. inter viri &c. sine aliqua pompa & nuptiarum festivitate l. 22. c. de nupt. Non obstat l. cum in te 6. C. de donat. ante nupt. ex qua sunt, qui adstruant uxorem non esse, nisi primum in domum mariti deducatur. Nam respondetur in d. l. cum in te, dona



donationem die nuptiarum factam esse, & ambigi<sup>r</sup> utrum donatio rescindi debeat, tanquam iure civili prohibita, an verò subsistat? Ad quam quæstionem ex ambiguo descendente Aurelianus rescribit, videndum esse utrum donatio in domo mariti, an verò in sponsæ domo facta sit. Hanc enim subsistere, quia sponsæ facta, illam non æquè, quia uxori facta sit. Sed dices in hoc Aureliani rescripto proponitur die nuptiarum factam esse donationem, nuptiæ igitur consensu fuerunt contractæ, & tamen donatio valet, quod argumentum est certissimum, nuptias solo consensu contractas imperfectas adhuc esse, alioqui enim donatio non esset rata. Dicam quia tres olim fuerunt nuptiarum dies, quorum primus Desponsalia, secundus Decubatio, tertius Repotia appellabatur, in ambiguum venisse, utrum die nuptiarum facta donatio, primo nuptiarum die atq; ita à sponso, an verò nuptiarum die secundo, & sic à marito facta sit. Et cum inter hosce dies nulla faciliori & certiori ratione quam si deductio in domum mariti, si quæ intervenerit, attendatur, distingui possit, quid mirum si Aurelianus in quæstionis propositæ decisione, deductionem, in domum attenderit? Deniq; cum ius prohibitarum donationum odiosum sit, in hoc tractatu uxores eas solum, quæ in domum ductæ sint vel hac solenniter omissa, quæ maritis cohabitent, accipi convenit l. 2. in pr. de donat. inter virum & uxor. Non etiam refragatur l. sancimus 24. C. h. tit. ubi sine festivitate nuptiarum, nuptias non perfici rescriptum est. Primum enim cum quibusdam juris Interpretibus responderi possit: In conditionibus (puta si nupsit decem ei dato) nuptias non aliter accipi, quam si festivitas & deductio in domum accedat.



Quæ responsio iuvatur l. cum fuerit De condic. in-  
stitut, Deinde respondetur rectius ex facti specie,  
quæ est in d. l. sancimus, rectè posita & bene intell-  
lecta. Quidam puellæ centum promiserat, ubi nus-  
ptias celebratura esset, Puella viripotens facta h. e.  
annos 12. habens conditionem impletam esse ait,  
Ideoq; sibi centum dari petit. Promissor verò con-  
ditionem non ante pro impleta habendam asseve-  
rat, quam nuptiarum accesserit festivitas. Quæri-  
tur quid juris? Rescribitur conditionem pro im-  
pleta non haberi, antequam ipsa nuptiarum festi-  
vitas accesserit h. e. antequam nuptiæ celebratæ sint,  
quod sit consensu, sine concubitu, sine ulla in mari-  
ti cubiculum deductione d. l. cum fuerit. Maius ne-  
gotium exhibet l. muliebrem sup. d. h. t. ubi respon-  
detur deductione in domum mariti opus esse, atq;  
ideo absentem sponsam uxorem duci non posse,  
fac. quod Paulus lib. 2. receptar. sententiarum tit.  
19. Vir, inquit, absens uxorem ducere potest, femi-  
na absens nubere non potest. Respondemus verò,  
Pompam, concubitum, deductionem in domum  
per consequentias esse matrimonii propria, arg. l.  
si heres in pr. De actionib. empt. non autem princi-  
palem matrimonii contractum perficere. Consul-  
tus autem Pomponius à marito, qui uxorem ab-  
sentem more solenni domum ducturus erat, utrum  
ea deductio in uxoris absentis domum jure & res-  
ctè fieret, respondit, Deductionem, si quam inter-  
venire maritus velit, fieri debere in matrimonii  
domicilium, matrimonii autem domicilium non  
domum uxoris, sed domum mariti esse. Non ergò  
ea est mens Jurisconsulti Pomponii, quasi deduc-  
tionem in mariti domum ad nuptiarum substan-  
tiam quicquam facere velit. Sed hæc potius, quod  
ad ritum & solemnitatem, quæ adesse vel abesse  
possit,



Q V I N T A.

SI

possit, deductio pertineat. Quod & titulus ipse qui est de ritu, h. e. solemnitate nuptiarum, planum facit. Res hæc simili declarari potest. Nam & emptio & venditio consensu contrahitur, & perfecta dicitur, simul atq; consensus est. Nemo tamen ad emptionem, mercem, precium per consequentias requiri negabit d. l. si heres in pr. Porro et sententia qua pro matrimonii domicilio habendam esse domum mariti diximus, obstat, l. ceterum §. i. De usu & hab. ubi domus mulieris domicilium est matrimonii. Sed hoc Q. Mutius primum admisit, ne uxori matrimonio carendum esset. Id jus favor matrimonii extorsit. Deniq; est qui existimet, si nudus consensus matrimonium faciat, fore ut cum castrato, puella nondum viripotenta, &c. matrimonium consistat, omnino male: Consensum enim plenum & legitimum, ac maritalem intelligimus. Quare mulier 13. annis minor nupta tunc legitima erit uxor, cum 12. annos apud virum expleverit d. l. 4. h. t. In castrato non est maritalis affectus & studium liberos gignendi, & educandi, quod requiritur in nuptiis. arg. l. 2. de donat. inter vir, &c. atq; inde fit quod Spado, qui & ipse nondum generare potest, matrimonium tamen contrahat, cum habeat liberos generandi studium et spem l. si serva §. De jur. dot. Quid multis concubitum ad matrimonium consummandum requirebant Aegyptii. Idem nonnullis legum conditoribus placebat. Sed horum omnium sententia explorata est, d. l. §. C. de incest. nupt. Hinc igitur ita concludamus licet: Regulariter & principaliter neq; concubitum neq; Pompam, neq; deductionem in domum, sed solum & nudum consensum nuptias facere qui consensus, Pompa, festivitate, deductionem in domum mariti declarari per consequentiam possit & debeat.



*Ratihabitio an consensui paterno æquipolleat  
& retro trahatur?*

**R**atihabitionem consensui æquipollere ex eo quis dixerit, quòd æquè ut mandatum, mandati actionem gignat l. semper qui de Re. Iur. & quod mandasse dicatur qui ratum habuit, l. hoc iure, §. i. h. t. Deinde ratihabitionem retrò trahì constat, & perinde esse ac si in contractus matrimonii ingressu consensus intervenerit, c. ratihabitionem De Reg. Iur. in 6. Ad hæc in l. ii. in fin. h. t. scriptum est, filium non expectata patris auctoritate eam uxorem iure ducere, cuius conditionem patrem non repudiaturum verisimile sit. Deniq; in l. 68. de iure dot. nuptiis initio sine patris consensu contractis & dote data, ita demum dotis promissio valida est, si pater postea consentiat. Ex ratihabitione igitur nuptiæ inutiles, redduntur utiles. Sed his nihil obstantibus respondendum est, Ratihabitionem non sufficere, iustus enim præcedere debet §. i. h. t. Per iustum intelligimus voluntatem arg. l. si suspecta §. quoniam de in off. testament. Deinde Paulus respondit eum qui ignorante patre conceptus est, iustum filium non videri. Requiritur ergo ut pater consentiat, antequam nuptiæ celebrentur, antequam filius concipiatur, l. Paulus de stat. hom. Neq; verò obstant, quæ contra hanc sententiam allata sunt. Priora enim duo argumenta ita demum vera sunt, si expressè consensus expressus vel tacitus in actu vel negotio aliquo non requiratur. Deinde d. l. ii. §. fin. h. t. non probat, quod sine patris consensu uxor duci possit ea, quam verisimile sit patrem non repudiaturum, sed eo tantum casu, quo pater

ter



ter triennio abest, filio concedit liberam contrahendi matrimonii potestatem, si necessitas cogat l. in bello §. 3 de capt. & post revers. ita ut hoc casu filius eam, in quam verisimile sit & coniectura probabili haberi possit, patrem consensurum esse, uxorem ducat. Denique non obstat l. 68. in prin. de jur. dot. Nam ibi Iurisconsultus docet, si nuptiæ inutiles contrahantur h. e. quemadmodum Papinianus ibi loquitur, si nuptiæ non fuerint, & tamen dos promissa sit, ita demum dotis promissionem esse, si matrimonium futurum sit. h. e. si pater consentiat. Et tunc nuptiæ valebunt non à tempore, quo inutiles fuerunt, vel quo dos promittebatur, sed ab eo tempore quo pater consentit. Quod ipsum quoque l. 13. §. 6. in fin. ad l. Iuliam pr. 4. de adult. probat. Tantum igitur abest, ut d. l. 68. contra nostram sententiam faciat, ut potius eam confirmet. Quid: quod generale mandatum de marito filiaë quærendo non sufficiat, nisi & inquisitum maritum pater consentiat, ut nuptiæ esse possint l. 34. h. t.

## DISPUTATIO SEXTA

### EX TIT. II. DE ADOPTIONIBVS.

#### THESIS PRIMA.

*Patria potestas non tantum natura, hoc est, §. fin. tit. justis nuptiis acquiritur, sed & legitimatione, que fit per curiæ oblationem, & subsequens matrimonium.* preced.

**O**bstat regula Catoniana quæ ea, quæ ab initio inutilia sunt tractu temporis non convalescere do

fv

re do



re docet. Sed ne isti regulæ hic locus sit, liberorū favor, & matrimonii splendor imperat, arg. l. 8. C. de divort. Deinde matrimonium subsequens retrograhitur ad tempus natiuitatis, ita ut in concubitu nati editi, ex iusto & vero matrimonio procreati esse fingantur c. tanta ext. Qui filii sint legit, &c.

## T H E S I S I I.

*Quin & legem, hoc est, adoptionem patriæ potestatis causam esse constat. Quod hodie in adoptione a vo materno vel paterno, secundum Iustinianam constitutionem facta rectè dicitur. In adoptionem enim datio extraneo facta filios facit.*

**O**bstat quod adoptio dissolvendæ patriæ potestatis modus sit. §. sed et si i. Quibus modis ius patr. potest, &c. Dicendum est adoptionem tam adquirendæ quam dissolvendæ patriæ potestatis causam esse, ita ut adoptandus eius, in cuius fuit, potestate exeat, & in adoptantis potestatem transeat. Sed hoc in adoptione verum est. Nam adrogatio modus dissolvendæ patriæ potestatis homines adrogentur. Planè cum liberi eorum qui adrogantur potestati adroganti subiiciantur, istos quoq; è patris sui naturalis sacris exire, atq; hoc casu adrogatione patriam potestatem dissolvè sequens fuerit. Quod & Paulus in l. 3. De cap. m. i. n. ut nominatim scribit. Porro isti sententiæ, quæ dicimus adoptionem, quæ fit a vo materno, patriæ potestatis causam esse, refragatur, quod avus iste loco extranei sit, tot. tit. i. De exhered. liberor. &c. atq; adeo adoptatum suæ potestati non subiiciat ex dispositione §. sed hodie h. t. Respondendum est extraneum hoc loco cum dici, qui nullo, h. e. neq; agnationis neq; cognationis iure adoptando iunctus



functus est. At in materia præteritionis avus maternus pro extraneo habetur, quia filium omittendo exheredare censetur. Denique contra id, quod obiicimus avo paterno nepotem in adoptionem dari posse, dicitur §. fin. i. de patr. Potest. ubi docetur nepotem esse in potestate avi, sed hoc ita diluimus, si nepotem ex filio emancipato, conceptum & editum avo paterno in adoptionem dari asseruerimus.

## T H E S I S III.

*Est autem adoptio legis actio, qua qui mihi filius non est, ad vicem filii redigitur.*

Illud in disquisitionem hoc loco venit, an præmissa definitio omni adoptioni conveniat? Quod certe dicendum est, si nomen illud, Filius, in definitione positum, in latissima significatione accipiatur. Proinde sive suæ potestatis homo adopteretur, sive is, qui alieni juris est, à naturali parente, vel etiam extranea persona adopteretur, non filium ad vicem filii redigi dicemus. Etsi enim hodie extraneæ personæ filius in adoptionem datus in eius potestatem non transeat, §. sed hodie h, t. tamen ita adoptatum, adoptivum filium esse h. e. legitimo vinculo adoptanti copulari, argumento est textus in §. hoc solido, verb. nullo vinculo naturali, &c. i. de hereditat. quæ ab intestat. Obstat huic sententiæ d. §. hoc solido in pr. ubi docet Imperator, si Parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari, atque si in patris naturalis potestate mansisset, unde efficitur in adoptionem datione filium sacris patrenis quodammodo exiisse, sed existimaverim hæc Imperatoris verba; atque si in patris naturalis

ralis



ralis potestate mansisset, eam admittere interpretationem, quasi Imp. dixisset, ac si adoptio facta non esset, &c. Sic igitur habendum, adoptionem extraneæ personæ factam filiosf. non facere, h. e. adoptatos potestati adoptantis non subicere, facere tamē filios legitimos & civiles h. e. adoptatos, adoptanti civili & legitimo vinculo cōiungere d. § hoc solido. Porro quod ex l. actus. De R. J. ubi adoptio inter actus legitimos, non enumeratur, genus in definitione positū definitio non satis convincere infertur, ita diluendū est, ut dicamus, adoptionem legis actionibus olim adnumeratā esse, l. i. h. t. l. 5. C. de suis & legit. hered. Sed dices definitio nem secundum hodierna tempora conscribendam fuisse. Dicā nihil obesse, quo minus legis actionē, vel actum legitimum, in latiori significatione accipiamus, & iis verbis actum civile intelligamus.

THESES IV.

*Hoc verò bifariam contingit: vel enim filius familias patre auctore, vel paterf. se ipso auctore in locum filii asseritur. Illo casu adoptio specialis, hoc casu adrogatio fieri dicitur.*

§. i. h. t. l.  
2. cod.

**O**bstat quod impubes patre auctore non obligetur l. ult. §. pupillus De V. O. Ex quo efficitur filiumf. impuberem patre auctore in adoptionem dari non posse. Ratio consequentiæ, quia pupillus auctore obligatur nec tamen tutoris auctoritate in adoptionem datur, & ut Gell. lib. 5. cap. 19. in pr. ait, ditioni alienæ subicitur. Existimaverim generaliter quidem verum esse, quod patre auctore filius impubes non obligetur, d. §. pupillus, quia nō est tanta patris auctoritas, ut impuberem filium, qui nullum intellectum habet, & qui, quod videt, ignorat,



ignorat, quemque lex obligari noluit, alteri sua auctoritate obliget. Neque obstat quod tutore auctore pupillus obligetur. Ea enim auctoritas c. l. 12. tabularum est. Similem auctoritatem patri lex non dedit. Nec habet igitur. At in adoptionem impubes datur, patre auctore, non ut patris auctoritate adoptanti impubes obligetur, sed magis ut pater jus suum potestatis, quod habet, consentiendo remittat. Interim adoptionem ipsam non tam patris auctoritas, quam ipsa lex & impuberis consensus efficit. Sed quid si filius infans, qui omnino consentire non possit, in adoptionem datur l. etiam D. h. tit. Necessum sane erit, ut huius rei necessitatem praetendamus, & patrem infantis filii iudicium ac consensum isto casu, supplere dicamus, praesertim cum adoptionis actum ipsa lex praecipue perficiat. Quod etiam in aliis juris partibus usu venit l. si infanti C. de jur. de liber.

## T H E S I S V.

*Adoptio Magistratus imperio, Adrogatio olim per populum lege curiata, hodie per principem adoptione Magistratui intimanda perficitur.*

d. l. 2. in  
prince

DE huius theses veritate consulatur Gellius lib. 5 ca. 19. Ulpianus in frag. tit. 8. & Cuiacius ob. lib. 12. cap. 15.

## T H E S I S V I.

*Adoptio solum adoptatum, Adrogatio non solum adrogatum, sed & huius liberos potestati alienae subiicit.*

§. 1. h. t. d.  
l. 2. §. 2.

Adoptio



**A**doptionem intelligimus alicui ascendentium factam. Nam eam, quæ extraneæ personæ fit, adoptatum potestati adoptantis non subiicere in thesi III. præcedenti probavimus.

## T H E S I S V I I.

§. 4. h. t. *Minorem natu maiorem non posse adoptare placet: Adoptio enim naturam imitatur, & pro monstro est, ut maior sit filius quam pater. Debet itaq; is qui sibi fidum per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id est, decem & octo annis præcedere.*

## T H E S I S I I X.

l. 16. h. t. *Generaliter enim verum est adoptionem in his personis locum habere, in quibus etiam natura possit habere.*

**O**bsat quod cum adoptio naturæ imago sit l. filio de lib. & post, & per naturam is qui 14. annos habet gignat, adoptio quoq; ab annos 14. habente iure fiat. Obiectio hæc variè dilui potest: Nam Præter eam responfionem, qua dicitur adoptantem ante 18. ætatis annum adoptare non posse, ut scilicet maiori iudicio, & maturiori consilio ad adoptionem perficiat, non absurde respondetur, adoptionem naturam imitari, non verò ipsam naturam esse, sed ab ea quandoq; deflectere & declinare paulisper. Deinde constat eos qui liberorum procreationi studere possunt, uti habet textus in l. 15. §. 2. h. t. adoptare sibi alios non posse d. §. 2. At ante 18. ætatis annum certò sciri nequit, utrum quis natura generare queat nec ne, si enim qui frigidiores sunt & tardius pubescunt, ea serè ætate puberes fiunt paulus in recept. sentent. lib. 3. tit. 4. in eam



In eam igitur usque ætatem adoptio differenda, nec ante adicititii & commentitii liberi legis beneficio quærendi, quam naturales liberos naturæ virtus & vigor denegarit.

## T H E S I S I X.

Qua ratione sit ut Spadonibus adoptandi licentia legibus permittatur **CASTRATI PLANE** § 9. h. t. d.  
l. 2. §. 1.

**LIBEROS ADOPTANDI** *his non habent.*

**R**atio huius theses est, quod cum natura Spadones ad sobolem procreandum fecerit omnino non habiles & idoneos, & eam, quæ est in spadonibus naturæ virtutem extrinsecum accidens, & vitium quoddam ad sobolem edendam impediatur, lex quæ naturam imitatur, eamque sicubi potest adiuvat, Spadonibus potestati filios sibi adsciscendi facit. Castratis vero qui gignendi vim natura sibi concessam & partem factam & arte hominum adimmi sibi rursus passi sunt, lex nequaquam subvenit, sed eos odio dignos censet. Quam sanè rationem certior esse putaverim ea, quæ vulgò adfertur, quod castrato corporis pars ea, quæ ad generandum apta est, penitus absit. Nam hæc ratio magis probaret castratis licentiam adoptandi dandam esse, ut quibus naturæ auxiliū deest, illi legis beneficio juventur. Quod etiam Leo Imperator Novell. vigesimo sexto, bene intellexit, nisi potentia turpissima legis auxilio indigni credentur. Quid verò de castratis per collisionem vel raptionem factis, quos non sua voluntate, sed vel fortuito vel aliorum iniuria ad generandum inutiles factos esse constat? Sanè cum his adoptandi licentia nominatim interdictum esse nusquam legatur, quidni iis adoptare licere cum Imperatore Leone dixerimus: Nam & senibus adoptandi licentia ideo concessa



cessa est, quod olim operam liberis dare potuerint, jam non possint l. 15. §. 2. l. 17. §. 2. C. h. t.

## THESIS X.

§. 10. h. t. Sed & feminae, nisi ex indulgentia principis  
l. 5. C. eod. ad liberorum amissorum solatium, adoptare non  
possunt, quia nec naturales liberos in potestate  
habent,

**R**atione legis cessante, cessat ipsa lex & legis prohibitio. At ratio eius juris, quo feminis ad optione interdicitur, hodie cessat. Ergo & ipsa juris prohibitio cessabit. Assumptio probatur, Quia hodie adoptio non tantum filiosf. sed & filios civiles facit. Femina ergo, licet filiumf. qui in ipsius potestate sit, habere nequeat, utiq; tamen filium adoptare ad instar extranei haud prohibebitur. Respondendum est, olim quamlibet adoptionem filiosf. fecisse. Et feminae adoptare non licuisse. Illud quodammodo immutatum est, uti in thesi III. explicuimus. hoc vero mansit. Ergo quod mutatum non est, cur stare prohibeamus l. sancimus C. de testament, praesertim cum juris istius novi ratio in extraneo tantum obtineat, ideoq; restrictius accipienda, nec ad feminam, quae in hoc tractatu extranea dici nequit, extendenda sit.

## THESIS XI.

Adoptamus non solum puberes, sed & impubes, ita tamen, ut in puberum adrogatione causa cognitio & cautio de rebus adrogandiis, qui, si adoptio facta non esset, ad successiorem eius venturi fuerant, restituendis, interveniat.

**D**E hac causae cognitione & cautione dilucidè satis in l. 17. h. t. ipse Iurisconsultus agit, ut maiori explicatione non sit opus.

THE



S E X T A.

T H E S I S X I I.

*Servorum adoptio ius filii non tribuit, sed tantum ad libertatem adipiscendam facit & efficax est.* §. fin. h. t.

C O R O N I S I.

*An quæ in adrogatione intervenit rogatio, stipulatione perficiatur.*

**A**FFIRMATE hanc Coronidem decidendam esse ex eo dicendum est, quod sicut in stipulatione, ita etiam in adrogatione præcedenti rogationi sive interrogationi congrua fieri debeat responsio l. 2. h. t. Deindè adrogationem impuberis stipulatione interposita fieri certo certius est. Quin etiam verosimile est actum hunc adrogationis, utpote solennem & inter duos solenniter gestum, stipulationis vinculo firmatum fuisse. Nec enim stipulatione aliud est vinculum firmitus & solennius. Denique ea ratione fieri videtur, quod Tutoris auctoritate pupillus adrogari non possit, quia nimirum alteri non stipulemur. Verum istis non refragantibus, dicendum est, adrogationem nulla interposita stipulatione fieri. Neque obstat d. l. 2. quæ de rogatione sive interrogatione, non verò de stipulatione loquitur. Neque sequitur: In adrogatione interrogatio intervenit: Ergo stipulatio. Nam & rogationis sive interrogationis verbum, pacti vel cuius alterius actus à stipulatione separati significationem habere potest l. juris gentium §. 12. De pactis. Deinde quæ in adrogatione impuberis stipulatio intervenit, non interponitur causa constituendæ adrogationis, sed ne adrogatio fraudi sit his, ad quos ea res pertinet, uti Cuiacius eb d. c. 37. cir. pr. rectè docuit. Neque etiam quicquam juverit ratio allata, quod nimirum stipulatio omnium actuum firmandorum gratia adhibeatur. Ea enim tantum abest, ut sententiam, in  
 §                      quam



quam adducitur, confirmet, ut contra omnino eam  
 infringet. Nam actus illos, quibus stipulatio adhi-  
 beri solet, per se consistit, & stipulationis inter-  
 ventum ac firmitatem vel admittere, vel etiam sine  
 ea stare posse constat. Deinde adrogatio ipsa actus  
 ita sollemnis est ut nullo aliquo vinculo egeat. Denique  
 quod pupillus in adrogationem tutorem auctore da-  
 ri non possit, id non ideo receptum est, quod sti-  
 pulatione, quæ per alterum non fiat, adrogatio con-  
 trahatur, sed quod non tanta sit auctoritas tutoris,  
 ut caput liberum alienæ ditioni subiiciat, quemad-  
 modum nominatim Gellius supr. citato loco scribit.

## CORONIS. II.

*Verum adoptione is, qui ignobilis est, nobilis fiat?*  
**C**ORONIS hæc similiter affirmatè decidenda  
 esse videtur. Constat enim tantam esse adoptio-  
 nis vim, ut è seruo liberum, è suæ potestatis ho-  
 minem, alienæ potestatis hominem faciat. Deinde  
 jus agnationis per adoptionem constitui notum est.  
 Sed dicitur rectius adoptione nobiles non fieri. No-  
 biles enim sola natura facit. Naturæ autem appella-  
 tione siue ipsam generosiores & nobiliores naturæ  
 virtutem, ad quæuis præclare gerenda homini infi-  
 rare & inhatam, atq; multis præclare factis confirma-  
 tam, quæ veræ nobilitatis causa prima est, siue natiui-  
 tatem, quæ nobilitatis causa altera est, intellexeris, pa-  
 rum refert. Vtroq; enim casu adoptione Nobiles fie-  
 ri negandum. Non certè priore, quia nobilitas ha-  
 bitus quidam est, qui ut euelli hominis facto nequit  
 l. 17. §. ult. De rei vindicat. ita nec dari potest; Sed  
 neq; posteriore. Quia sicuti adoptio filios naturales  
 non facit, ita nec nobiles. Et nobilitas magis cog-  
 nationis & natalium jure quod adoptione tribuni  
 non posse, extra controuersiam est l. 23. li. 1. poste-  
 riori



rriori casu æstimatur, l. nobiliores C. de commerc. & mercatoribus. Planè si nobiles eos qui alicuius nobilis familiæ nomen adepti sunt, dixeris, adoptione quoq; tales nobiles fieri non est dubitandum. Neq; obstat quod homo sui iuris, alieno iuri per adoptionem subiiciatur. Nam hoc legis potestate & dispositione fit. Qua in Coronidis quæstione destitui mur. Quæ etiam ratio facit, ut adoptione homo ser uus libertati restituatur. Quamuis Cuiacius con sultatione sua §. id summo libertatis favori datum esse scribat. Porro non obstat l. 44. h. t. vbi ad optione jura consanguinitatis quærentur, Nam per consanguinitatem Iurisconsultus intellxit, fraterni tatem & jus agnationis. Neq; refragatur, quod ado ptionne fiat §. 2. tit. præced. Nam & cum sorore fra ternitatis jus est l. 17. de rit. nupt. Deniq; non mo uet, quod in d. l. 44. adoptatum illis, quibus agna scetur etiam cognatum fieri scriptum est. Constat. n. cognationis nomen generale esse. Qua ratione omnè agnatum etiam esse cognatum dicitur rectè.

DISPUTATIO SE  
PTIMA EX TIT. XII. QVI  
BUS MODIS IUS POTESTA  
tis Soluitur.

THESIS, I,

*Sunt rerum omnium, quas natura profert, certè modi, quibus aut enascuntur, aut emoriuntur. Simi lis est ratio earum rerum, quæ arte fiunt, & legibus stituuntur.*



*Sumatur exempli causa, Patria vel Dominica potestas utramq; certis modis acquiri, superioribus disputationibus ostensum est, utramq; præscriptis definitisq; modis interire hæc disputatio docebit.*

*Dominica ergo potestas sup. tit. 5. manumissione § 1. infr. De hered. instituend. heredis institutione, & §. fin. sup. tit. præced. adoptione potissimum dissolvitur.*

*l. 3. C. de Emancip. liberor. Patria verò potestas, vel casu, vel actu solenni solvitur: Casu, id est, morte civili vel naturali,*

**O**BSTAT quod pater filiis tutores constituat, qui ipsis vice dominorum sunt l. ad ea D. R. I. ex quo evincitur patriam potestatem post mortem durare. Respondetur communiter patriam quidem potestatem morte interire, sed effectum istius potestatis post mortem permanere. Verum præterquam quod cessante causa cesset effectus, constat quoq; patriam potestatem nullo alio quam ipso effectu censeri. Si igitur effectus patriæ potestatis durat, ut ipsa quoq; potestas finita nec dum sit sequens est. Verius est tutoris dationem quæ à moriente patre fit, non tam patriæ potestatis vi, quam legis dispositione sustineri. Lex enim 12. tabularum ita disponit: Vti quisq; paterf. legasset super tutela sua, ita jus esto. Obstat quod patria potestas quæ moribus h. e. jure gentium recepta est l. patre de his qui sui vel alien. &c. jure civili hoc est deportatione, vel emancipatione, &c. tolli non possit. Quia jus gentium sit immutabile. Quæ ratione Iuriconsultus  
ca quæ



ea quæ Juris gentium sunt deportatione non amitti respondit l. sunt quidam de pœn. Respondendum est in d. l. patre, vocem, moribus, Ius civile vel mores P. R. significare, uti in thesi 5. disputat. I V. probavimus.

## T H E S I S V.

Ad casum, captivitatem quoque non in concinnè referimus: licet non tam tollat, quam in suspensio & dubio teneat patriam potestatem. §. 5. h. t.

## T H E S I S VI.

Sive enim pater in captivitate decedat, sive ex captivitate domum redeat, semper fuisse liber & in potestate liberos retinuisse fingitur. d. §. 5.

## T H E S I S VII.

In captivitate morientem lex Cornelia statim ubi captus fuit decessisse, nec in servitutum redactum fuisse fingit. d. §. 5.

## T H E S I S IIX.

Ex captivitate redeuntem fictio iuris postliminii defendit, & perinde ac si nunquam captus esset, liberum permansisse fingit. d. §. 5.

**O**BSTAT I. filio De liber. & post, ubi responsum est fictione vel imagine veritatem naturæ adumbrari non posse. Ex quo sequitur fieri vix posse, ut qui revera captus fuit fictione l. Corneliæ vel iuris postliminii non captus fuisse fingatur. Respondendum est fictiones quidem id quod revera non est, ut sit, vel potius quasi sit, efficere, uti in l. Corneliæ & iuris postliminii fictionibus videre licet, sed hoc ita demum, si fictio ipsi rei veritati non sit omnino adversa. Exempli causa: Lex sua fictione efficit, ut qui tibi filius non est, ad vicem filii redigatur.



gatur. Non tamen lex fingit, ut tu minor, natu ma-  
jorem tibi filium adsciscas. Atq; hoc est quod dici-  
tur, imagine ipsam naturæ veritatem adumbrari  
non debere, nec posse.

THESIS IX.

l. 19. de ca-  
pti. & post  
l. reuers.

*Est autem postliminium ius amissæ rei recipiendæ  
ab extraneis, & in statum pristinum restituendæ inter  
nos & liberos, populos, Regesq; moribus, legibus con-  
stitutum.*

**D**efinitio hæc solas res, quæ nobis ab hostibus  
deripiuntur, respicere videtur. Quia verò si ipsi  
cives Romani capti postliminio revertantur? Et  
hoc casu postliminium pristini status, in quo quis  
ante captivitatem fuit, recuperationem integram,  
perinde ac si medio tempore captus non fuisset, cum  
Cuiacio rectè & propriè definiueris. Postliminium  
Verò tribus casibus contingit: Vel enim ultrò ab ho-  
stibus capti dimittuntur l. 5. C. de post reuers. l. ni-  
hil, eod. vel fuga, vi & fallacia elabuntur §, item ea in.  
De rer. diuis. d. l. nihil: vel virtute militum recupe-  
rantur l. 12. C. de post reuers. Qui omnes ilico omnia  
jura pristina per Postliminium recipiunt. Illi verò  
qui precio, Commercio, vel ære ciuis, qui eiusdem, cu-  
jus captus, ciuitatis est, redempti sunt, non ante pro  
liberis habeantur, quam premium sui solverint redem-  
ptori, vel quinquenniū ei seruerint l. ult. C. d. t. Qui  
tamen ipsi hoc nomine in seruitutem detrusi non  
censentur, sed in causam pignoris detineri videntur  
l. 2. C. d. 1. Planè si verbum, Rei, in definitione ad ci-  
ves Romanos captos porrexeris, & jure belli captos  
pro servis habueris, atq; adeò velut reliquos servos  
nostros rei appellatione comprehendendi dixeris, definitio  
Pauli perfectiss. & plenissima fuerit. Quæritur  
quis in definitione extraneus dicatur? Existimaverim  
extra-



extraneum eum appellari, qui non sit ciuis Romanus. Inter solos enim ciues Romanos & extraneos h. e. alios populos liberos regesq; postliminium est, per mores intelligit Iurisconsultus Ius gentium, Quom admodum in thesi vi. Disputat, i. docuimus. Et quia mores gentium, Iure ciuili sunt recepti & confirmati à P. R. legibus quoq; Ius postliminii constitutum est, se Iurisconsultus ibid. respondet.

## T H E S I S X.

*Actu solemnè h. e. Emancipatione & datione in adoptionem, quæ sit auo vel proauo naturali patria potestas extinguitur.*

§. se dho  
die supr.  
tit. prox. §  
6. h. t. t. t.  
A. de es  
mancip. li.

**D**E emancipatione paulo post ubi de capitis dimi-  
nutione disputabitur, agemus. Quæ de ad-  
optione, scitu necessaria visa sunt, disputatio  
proxima explicuit.

## T H E S I S X I.

*Possunt emancipari filii, nepotibus in potestate re-  
tentis, vel nepotes e potestate dimitti, & filii in sacris  
retintri.*

**O**B S T A T Quod Auus nepotum emancipatio-  
ne, filio futurum, & quodammodo quasitum  
arg. l. cum filius. De testamento militis l. 2.  
De vulg. subtit. patriæ potestatis jus auferat, con-  
tra juris dispositionem. Nisi id summo potestatis jus-  
ri & imperio aui tributum esse dixerimus.

## T H E S I S X I I.

*Actui solemnè summa patriciatus dignitate patris  
am potestatem soluens probabiliter adnumerantur,  
Militiam sanè vel consularem dignitatem de patris  
potestate filium non liberare Imperator scribit.*

§ 4 O B S T A T



**O**BSTAT primum quod inter patriciatus dignitatem & ceteras dignitates ratio differentiae certa reddi non possit, quare magis illa quam haec patriam potestatem extinguant. Nisi forte dixeris absurdum esse, ut patricius, quem Imperator parem sibi fecit l. ult. C. de Coss. lib. 12. non suae sit potestatis, arg. l. sic eueniet Ad l. falcidiam de adulteriis. Quae ratio non est in aliis dignitatibus. Quamuis differentiae istius rationem imperatoria celsitudine Iustinianus ponat. §. filius f. h. t. d. l. ult. Obstat No. 81. quae plures dignitates recenset quibus patriae potestatis nexibus exuimur. Sed jus illud Nouellum est & post factas Institutiones usurpari coepit. Denique de ratione ob quam patriciatus dignitas summa dicatur, quaesitum est; Et cum Imperator dominus mundi sit l. de precatio Ad l. Rhod. de iact. Huius autem domini pater patricius constituitur, appellationis istius rationem intelligere non est difficile.

## CORONIS. I.

*Emancipatio an voluntaria juris dictionis sit, & inter volentes tantum fiat?*

**N**EGATIVA huius Coronidis decisio vera esse videtur, Quidni enim pater filium cuius occidendi jus habet inuitum e potestate sua dimitteret? Verum ea ratione non obstante rectius est inter volentes tantum Emancipationem fieri. Emancipatio enim legis actio cum sit, fieri nequit, nisi secundum legis dispositionem. Lex autem consensum vtriusque requirit l. 4. C. de emancipat &c. Qua ratione Iurisconsultus in l. filius f. u4. §. secundum De legat. 1. Patriam potestatem rem esse dicit inestimabilem h. e. nullo pacto obligari patrem inuitum posse, ut patriam potestatem deponat, ut filium emancipet. Obstat. l. si cui legatum de condit. & demonstr. vbi pa-



## DISPVTATIO

pater cui legatum relictum est sub ea conditione, vt filium per emancipationem potestate sua liberet, filium emancipare cogitur si acceptauerit legatum. Idem de hereditate, quod legato, iuris esse docet Paulus recept. sentent. lib. 4. tit. 13. in pr. Respondendum est ex l. filius, §. secundum, de legat. 1. Secundum vulgarem juris regulam h. e. jure recto & ordinario, nec inuitum patrem emancipare cogendum, nec inuitum filium emancipari posse. Nam extra ordinem hæc emancipatio inuito imponi potest. d. l. si cui legatur. Quæ Cuiacii solutio est omnino recta. Et cum in d. l. si cui legatum, sub conditione legatum relictum pater acceptarit, vt consequenter etiam conditionem adiectam h. e. emancipationem adprobarit, sequens fuerit. Qui enim vult antecedens, vult & necessarium consequens. Plane, jure veteri emancipari inuitos liberos potuisse cum doctissimo Viglio in §. accesserit, nu 2. De test. ordin. fortè quis suspicabitur. Quod tamen non temerè probarim. Nam etsi jus necis in filios parentes habuerint, non tamen potuerunt libertatem filiis vllò unquam tempore eripere, vt inde quid de jure agnationis & sui heredis dici debeat, veri similiter colligi possit, præsertim cum emancipatio legis actio sit, atq; ideo secundum legis dispositionem fieri debeat, vti dictum est. Quin & Iuris consultus Paulus recept. sentent. lib. 2. tit. 25. Filium si inuitum emancipari non posse expressè scriptum reliquit.

### CORONIS. II.

*In Rubrica huius tituli, an vox, Patriæ, rectius desit quam adsit?*

**N**ON desunt qui eam adesse debere existiment, quod scilicet toto hoc titulo de patria potestate principaliter tractetur, & breui tantum transi-  
sione



sitione facta, quomodo dominica potestas solvatur, indicetur. Contra sunt alii, qui vocem, Patriæ deesse volunt, quod nimirum in tituli initio de dominica etiam potestate agatur, & quod vocem eam libri veteres non agnoscant. Et verò cum superius de manumissione non alia quam libertinorum occasione tractatum sit, & etiam hoc loco de modis, quibus potestas solvatur, velut ad extremum ex methodi Juris compilatoribus usitata lege dici debuerit, non tantum vocem, Patriæ, à compilatoribus omissam esse verisimile est, sed & si rubricæ inserta fuisset, otiosam eam atq, adeò rejiciendam existimandum fuerit. Libros tamen vulgares, qui prædictam vocem habent & agnoscunt ratione ea, quod principaliter de patria potestate hic tractetur, probabiliter excusaverimus.

DISPUTATIO OCTAVA  
EX TIT. XIII. DE TUTELIS  
XIV. qui testamento tutores dari  
possunt.

THESIS I.

§. r. h. t. l. r.  
D. cod.

*Tutela est vis & potestas, in capite libero ad tuendum eum, qui per etatem se defendere nequit, iure civili data & permissa.*



**B**ESTAT quod nulla esse possit potestas Tutorum in pupillos quia pupilli sui juris sint & caput liberum habeant. Respondendum est, potestatis verbo plura significari, in persona Magistratum imperium, in persona liberorum patriam potestatem, in persona servi dominium, in persona pupillorum providentiam pupillarem, l. potestatis, de V. S. juncta l. tutor

27. De



27. De admin. tutorum. Quæ ratione fit vt Tutores, domini pupillorum non dicantur, sed vicem dominorum obtineant l. ad ea de R. I. loco dominorum sint d. l. tutor. 27 & habeantur l. interdum §. 4. De furtis. Obstat l. si impuberi De tutor. & curat. datis ab his, &c. Vbi impuberi seruo tutor datur. Sed hoc ideo quod impubes is breui seruus desiturus fit, imò quia iam ad libertatem peruenisset, nisi mora heredis, hereditatem restituere & libertatem dare ex fidei commisso rogati interuenisset. Nec igitur hæc mora, quæ ex re est, impuberi præsertim nocere debet, sed libertatem statim, ex quo deberi cœpit, ipsi competisse dicendum fuerit l. 26. §. 1. & l. 53. in pr. de fideicom. libert. Obstat l. pen §. 2. Quod fal. tut. auctor. gestum est. vbi cum filia f. & Ancilla tutore auctore contrahitur. Sed ibi Tutoris falsi auctoritatem ad contrahendum interuenisse non tantum d. l. pene principium, sed & ipsius tituli inscriptio euidenter probat. Ergo filia f. & ancilla h. e. qui quæuè in potestate patria vel dominica est, tutorem iure non habet, Quod ipsum quoq; definitionis nostre verba hæc in capite libero significant. Nec enim, qui iis verbis tutorem intelligi putant, audiendi sunt tum etiam qui caput liberum non habet, sed in potestate patria est, tutor jure datur, §. 1. in. tit. prox. Obstat quod Vlpia. in frag h. t. vers. 3. caput liberum de eo quoq; qui alienæ potestatis & liber est, accipiat. Respondendum est, iurisconsultis caput liberum quandoq; de eo qui in potestate patria est, usurpare. Plerunq; tamen caput liberum de capite quod sui juris est accipi solet. Quæ significatio etiam Grammaticis & aliis probatis auctorib. familiaris est. Nã Gell. lib. 5. ca. 19. scribit, tutoris non esse tantam potestatem, vt caput liberum ditioni alienæ subiciat: ex quibus verbi caput liberum de pupillo & qui sui juris sit accipiendum esse, euidentissimū est.

Definitio



Definitio autem tutelæ, Serui est, quem caput liberum pro eo qui sui juris est dixisse verò consentaneum fuerit. Deinde ipse contextus §. 1. h. t. eod. eam sententiam confirmat abundè. Iurisconsultus enim & Imperator definitione tutela præmissa per aduersatiuam tutorem descriptionem breuem subiiciunt, & tutores illos esse docent, qui eam vim ac potestatem, scilicet in capite libero habeant. Deniq; si per caput liberum, tutorem intellexeris, vt sequens ille versiculus, qui per aduersatiuam definitioni attextitur, in vtroq; textu otiosus fit, necesse fuerit omninò.

### THESIS II.

*Tutela vel testamentaria, vel legitima, vel Datiua est.*

**C**VIACIVS has tutelæ species in duo genera contrahit, & omnem tutelam vel legitimam vel datiuam facit. Quia nimirum testamentaria quoq; tutela datiuam fit, Vlpian, in frag. h. t. Quæ diuisio elegans est, & ex ipsis definitionis tutelæ verbis confirmari fortè possit, quamuis ordinem vsitatum, quo tutelæ deferuntur quodammodo inuertat, & testamentariam quæ ordine prima & summa est, medio loco collocet. Quò definitionis verba illa, iure ciuili, de legibus XII. tabularum intelligunt, posteriora definitionis eiusdem verba de solis etiã legibus XII. tabularum accipiant, & iis duo tantum tutelæ genera, legitimam nimirum, quæ à lege data, & testamentariam, quæ à lege permissa sit, significare fateantur necesse fuerit. Datiua enim tutela non est ex l. 12. tabularum. Neq; obstabit quod de datiuis etiam tutoribus hoc loco tractatio instituta sit. Nam & Caius in priore sua Institutione, quamuis de datiuis tutoribus pariter disputes; Tutores tamen in legitimos & testamentarios tantum diuidit. Proprius sa-



ne est Seruium & Iuris compilatores jus ciuile in definitione generalius & latius accepisse & ad l. 12. tabularum aliasq; leges & constitutiones porrexisset ac consequenter tria tutelæ genera definitionis nostræ verbis significare, & exprimere voluisse.

## THESIS III.

*Lege duodecim tabularum permissum est parentibus liberis suis sive Fœminini sive Masculini sexus, si modo in potestate sint, tutores testamento dare.*

d. §. 1. l. 1.  
De testam.  
ment. tut.

**O**BSTAT quod tutores non dentur ab avo nepotibus, quos tamen in avi potestate esse indubium est §. fin. in de patr. potestat. Respondendum est, legem 12. tabularum soli patri jus tutorem filiis dandi concessisse, avo autem ita demum, si nepos ipsi suus heres sit, h. e. primum locum in hereditate & familia obtinuerit. Ergo hæc tutoris datio à lege est, & soli patri data est, nec extra legis verba & definitionem ad alios parentes potestatis ratione extendenda fuerit arg. l. patri, Ad l. Iuliam de adulteriis. Obstat quod posthumus tutor detur §. ult. h. t. quem tamen in potestate morientis non esse l. ult. De collat. honor. sed nec pupillum dici posse constat. l. non est De V. S. Ex quo infertur nec tutorem ei dare posse, cum tutores solis illis, qui in potestate & pupilli sunt, constituantur. Dicendum tutorem posthumus datum non ante tutorem esse, quam posthumus nascatur l. si nemo 19. §. testamento de testamen. tutel. Verum obstat quod posthumus, quantumvis natus, pupillus dici nequeat. Nec enim posthumus qui in patris potestate nunquam fuit, in patris potestate esse desisse dici potest. Respondendum existimaverim, fictione quadam fieri, ut is qui in utero est, cum de tutore ipsi à parente dando agitur, pro nato & pupillo habeatur. Quinimò cum in  
filiis



filiis ex iusto matrimonio editis non editionis vel  
nativitatis, sed conceptionis tempus spectemus, uti  
in Disputat. v. pluribus docuimus, filium concep-  
ptum quodammodo in patris potestate, antequam  
edatur, esse videri subtiliter dicitur, & civili rationi  
consentaneum est, quamvis quoad collationem bo-  
norum ipsi faciendum, non antequam in rebus hu-  
manis sit, suus, & in potestate esse, recte dicatur  
d. l. ult. d. l. non est.

d. l. r. & §.  
s. h. t.

THESIS I.V

*Emancipatis ergo tutores à parentibus non dantur,  
sed nec matri dandorum vel constituendorum testa-  
mento tutorum, ius erit.*

**C**VM tutela juris naturæ sit §. fin. De Atil. tutor.  
&c. jure autem naturali emancipatus pro filio  
habeatur, & mater parentis nomen obtineat l.  
appellatione de V. S. dicendum videtur, & emanci-  
pato à patre tutorem dari, & matrem filijs tutorem  
constituere posse. Respondendum est Tutelam, vel  
tutelæ dationem non esse naturæ, sed civilis juris h.  
e. ex l. 12. tabularum descendere. Quod ex definitio-  
ne tutelæ intelligere licet. Et quod Iustinianus natu-  
rali rationi conveniens esse scribit, ut impuberes in  
tutela sint, eadem facit fini. qua naturalem suadere,  
ut filij. in nuptijs suis parentis iussum expectent, su-  
perius docuit. Deniq; ius civile ex naturalibus &  
gentium præceptis collectum est.

THESIS V.

*Quamvis utroq; hoc casu id quod deficit, repleti à  
consulari potestate constitutiones concesserint, & se-  
cundum mentem confirmari tutores.*

THESIS VI.

*Etsi*



## DISPUTATIO

107

*Et si quidem pater fuerit qui dederit tutorem, amplius nihil inquirat. qui præ est, sed simpliciter eum confirmat, si autem alius quis dederit, tunc inquirat personam an apta sit.*

**Q**VAERITVR tutor confirmatus vtrum testamentarius an dativus sit? Dativum eum dici debere ex l. jure nostro, §. fin. De testament. tutel. manifestum est Quod & ratio certa probat Cum enim datio tutelæ testamento facta ipso jure non valeat, nec tutorem datum testamentarium dici ei posse consequens fuerit. Obstat quod tutores dativi cum inquisitione dentur t. r. de Atil. tut. Tutor autem de quo loquimur, sine inquisitione confirmatur. Respondendum est, Tutores qui à Magistratibus dantur, ex inquisitione & cautione præstita dandos, Eos verò quos pater testamento non jure nominavit & destinavit, sine inquisitione confirmandos esse, quod scilicet istorum fides & diligentia ab ipso testatore probata putetur, arg. §. i. in. de satisdat. tutor. Obstat quod à matre tutor datus cum inquisitione confirmari debeat l. 2. De confirmat. tutor. cum tamen mater non minusquam pater liberis suis optimè velle videri possit. Verum id non tam ea ratione, quod mater filius benè noluisse præsumatur, quam quod ob consilii inopiam salubre consilium pro filiis capere non potuisse credatur receptum esse suspicari licet. Certè Modestinus in l. pater De testament. tutel. filio non nisi instituto à matre tutorem dari respondit, quod scilicet creditum sit matrem eum filiū dilexisse quæ & heredē scripserit l. 4. Quin etiam hoc amplius vt tutor à matre datus, ex inquisitione confirmetur necesse fuerit d. l. 2. Obstat l. 4. C. de testamentar. tutel. Non est respondendū matrē, vel filios quibus



quibus tutorem dedit, hæredes instituisse, vel non instituisse, ut illo casu tutor sine inquisitione, hoc casu cum inquisitione confirmandus sit. Discriminatio enim ista textui, qui est in l. d. i. pater, ex adver. so repugnat. Et vix fuerit ut discrepantia, quæ est in d. l. 4. & d. l. pater, tollatur, nisi simul etiam particula negativa, ibi non instituerit sublata. Quod Cuiacius hic primus observavit.

### THESIS VII.

*Dantur verò tutores testamento non solum Paterfamilias, sed etiam filiusfamilias.*

§. 1. Qui  
testamen.  
tut. &c.

**O**BSTAT quod filiusfamilias sit potestatis, atque ideo in aliam potestatem habere non possit. sic eveniet, Ad l. Juliam de adulteriis. Sed pupillum in tutoris potestatem non transire, & in hoc tractatu potestatis verbo providentiam pupillarem significari supra responsum est. Hoc amplius absurdum alicui videri possit, filiumfamilias quem nullius suæ rei administrationem habere constat, alteri personæ regendæ & patrimonio alieno administrando præfici. Verum sciendum est, in tutelæ gestione filiumfamilias pro patref. haberi, lege filiusfamilias. De his qui sui vel alieni juris sunt, &c. Neque mirum sit quod tutelæ gestio filiosfamilias quem etiam magistratum jure gerere constat. d. l. filiusfamilias. deferatur & commendetur.

### THESIS IIX.

*Sedet servus proprius testamento cum libertate rectè tutor dari potest, sed sciendum est eum & sine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepisse videri, & per hoc rectè tutorem esse.*

d. §. 1.

**O**BSTAT l. si hæreditas §. fin. De testamentar. tut. l. et si non ascripta C. de fideic. libert. ubi servo proprio sine libertate tutori scripto  
fidei-







favore fidei commissariam induferint libertatem servo tutore scripto, maior autem favor libertatis & pupillorum fit, si directa quam si fidei commissaria in tutore servo scripto libertas per præsumptionem adsumatur, quia scilicet illo casu statim servus liber fit, & pupillus tutorem habeat, hoc casu pupillus sine tutore sit, donec servus exemplissimi ordinis decreto libertatem consequatur, & interim pro absente fictione quadam habendus sit. Paulus receptor. sententiar. d. loco: quid ni potius cum Justiniano directam libertatem tutore servo scripto de serimus? Obstat l. quæro in fin. de testamentar. tutel. ex qua Pauli etiam tempore, atq; ante Justinianum in questione quam tractamus libertatem directam competisse evidentiissimum est. Sed hoc ideo quod in facti specie, quæ est in d. l. quæro, testator servum suum duplici nomine L. Erotam appellaverit. Ex qua appellatione de mente testatoris directam libertatem relinquere volentis aperte constat. Propria enim liberi hominis sunt quæ nemo nisi liber habet. Nomen, Prænomen, cognomen, tribum. Ut Quintilianus nominatim scribit. Solutio ista juvatur textu l. verba hæc. De condit. Institut.

THESIS IX.

d. §. 1.

*Servus autem alienus purè inutiliter testamento datur tutor.*

Obstat l. si hereditas §. fin. De testamentar. tutel. ubi Ulpianus servo alieno tutore purè dato conditionem hanc, cum liber erit, inesse videt scribit. Respondendum est, servum alienum purè inutiliter dari tutorem, quia, nisi dominus velit manumitti, & ad libertatem pervenire, atq; adeo tutor esse servus non possit, quod si tamen

con?



contingat, ut servus alienus purè tutor deur, ita demum tutoris dationem subsistere, cum liber sit h. e. cum à domino manumissus fuerit. Quæ res sponsio l. 10. §. si furiosus h. t. ubi furiosus purè tutor datus, quod inutiliter sit tutor fieri dicitur, cum resipuerit, confirmari potest.

## THESIS X.

*Furiosus vel minor 25. annis tutor testamento S. 2. d. r. datus tutor erit, cum compos mentis, aut maior 25. annis factus fuerit.*

IN hanc thesin, quæstio illa venit: Vtrum in locum tutoris furiosi vel minoris 25. annis alius tutor, an verò curator dandus sit, Quæ discriminatio ne inter tutores legitimos ac dativos & inter testamentarios facta decidi debet. In tutoris furiosi vel minoris testamento dati locum alius tutor surrogandus est, Neuter enim tutor est. Certè hic, non ante, quam ad legitimam ætatem pervenerit, nec ille, priusquam ad sanam mentem redierit, ut hic l. hereditas §. De testamentar tutel. Neq; igitur obstat juris regula, quæ tutorem habenti, tutorem alium dandum esse prohibet. Sed refragatur l. 10. §. si libertus. De excusat. tutor. ubi in locum tutoris minoris 25. annis curator substituitur. Respondendum est cum Cuiacio in græco textu vaculam *καὶ δὲ* scriptam esse, quæ non curatorem tantum, uti interpret falso opinatus est, sed & tutorem significet, l. 2. Qui pet. tutor, &c. In locum furiosi vel minoris tutoris legitimi curator substituitur. Cum .n. hi ipso jure tutores sint, alius tutor in locum ipsorum surrogari nequit, ne habenti tutorem tutor deur, sed tamen quia administrationi ante sanæ mentis, vel legitimæ ætatis diè. præesse non possunt, curator ipsis adiungi solet. d. l. 1. §.



si libertus, l. 12. de exc. tutor. Obstat l. post susceptam, de excusat tutor. ubi sine distinctione, tutori furioso susceptam tutelam deponere licere, atq; ad deo alium tutorem surrogandum esse scribitur. Sed eum textum de furioso, qui in perpetuo furore est, cum interpretibus intelligere licet. Obstat l. ult. C. de legit tutor. Vbi tutorem esse non posse an nis 25. minorem rescriptum est. Verum illa est constitutio nova Iustiniani, secundum quam in cuiuslibet tutoris minoris & furiosi locum alium tutorem substitui debere verisimile fuerit. Obstat l. tutela de tutel. l. quo defuncto, l. si reliquero de legit. tutor l. 1. De fideiuss. tutor ubi in legitimo tutore ætas requiritur perfecta, Ius ergo illud Iustiniano vetustius est. Nisi id ex Triboniani reformatione esse cum Cuiacio suspicemur.

THESIS IX.

§. 3. d. t.

*At certum tempus seu ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem posse dari tutorem, non dubitatur.*

**O**bstat l. actus De R. I. ubi tutoris datio actibus legitimis, qui diem vel conditionem non recipiunt adnumeratur. Sed est intelligenda de tutore dativo, qui sub conditione non datur. Datur enim ex decreto. Decreta autem conditionem respiciunt, Cuiacius in l. 2. De excusat. tutor. Verum obstat, quod superius docuimus, in testamentariis vel legitimis furiosi locum, ad sanæ mentis diem tutorem dativum dari. Id verò ideo, quod tutoris etiã dativæ datio tacitã conditionem recipiat d. l. actus §. 1.

THESIS XII.

§. 4. d. t. l. 12.  
cum seqq.  
D. eod.

*Certe autem rei, vel cause tutor dari non potest, quia persone non cause vel rei datur.*

Obstat



## OCTAVA.

III

Obstat quod tutor detur ad dotem constituendam Vlpianus in frag. tit. II. vers. præterea, ad hereditatem adeundam Vlpian. d. loco versic. item ex Senatusconsulto l. impuberi De tutor. & curator, & l. cum in una §. I. De appellat. Respondendum est, Regulam juris, qua certæ rei tutor dari posse negatur, per Senatusconsultum restringi & prædictis casibus officium suum perdere, necessitate præferri ita suadente, quæ ipsa extorsisse dicitur Senatusconsulta l. 2. §. Deinde quia difficile De orig. Iur. Cuiacius in d. tit. §. I.

## CORONIS I.

*Tutela utrum contractus, an verò potestas rei alius definiatur?*

Tutelam vim & potestatem esse in thesi prima probavimus. Obstat l. contractus De R. I. ubi tutelæ datio inter contractus refertur. Dicendum est tutelam, si simpliciter accipiatur, vim ac potestatem esse, si verò pro administratione ac gestione sumatur, contractum dici & censerì. Quæ etiam ratio facit, quod Imperator tractatione de contractibus instituta tutelæ quoque iterum meminerit. Quæ otiosa foret repetitio nisi isto loco tutela pro contractu acciperetur. Ergò hoc primo juris subiecto, quod in personis, & quomodo istæ vel in potestate habeant alios, vel aliorum potestati subiciantur, consistit & absolvitur. Imperator de tutela rectè differuit, ut planè ignobile sit studium eorum, qui persuasi ab Imperatore de tutelis hoc loco malè differi, methodum novam, quæ nihil minus quam methodus sit, comminiscuntur.

## CORONIS II.

*Filiorum appellatione an nepotes omnes contingantur?*

Aliud



Aliud est filius & filia, aliud nepos & neptis l. 1. §. 1. De testament. tutel. illi primo, hi secundo sunt gradu l. 1. Crus §. 12. & 13. De gradib. Quinto si verborum figuram sequaris, uti ait l. 110. De V. S. aliud est filius aliud filia, Hinc filio datus tutor, filiae non censetur datus, Quod usque adeo verum est, ut si prius testator in singulari, deinde in plurali numero scripserit ita, filio filiisque meis hosce tutores do, masculis duntaxat tutores datos intelligi Servius affirmavit l. 122. d. t. quod scilicet a singulari casu h. e. filio testator transierit ad pluralem numerum, eundem sexum continentem, quem singularis prior positus habuerit d. l. 122. fac. l. 116. d. t. ubi filii appellatione filiam contineri Labeo negat. A praedictis posthumus & posthuma differunt, quia hi filii nascituri, illi nati sunt. Quo fit ut posthumae appellationem in eam, quae in rebus humanis est, non cadere responsum sit, l. 164. in pr. §. h. t. Ergo qui quid filii suis solis praestitum vult, filiorum appellatione, qui nepotibus tantum, nepotum, appellatione, qui vero universo generi aliquid vult praestitum, liberorum appellatione utetur, l. 220. d. t. Nam liberorum appellatione, omnes, qui ex nobis progenerati, & editi sunt, intelligimus, tam filios quam nepotes & pronepotes ceterosque in infinitum d. l. 220. in pr. & §. 2. tam feminini quam masculini sexus, tam in potestate, quam extra potestatem constitutos l. 56 §. 1. d. t. Verum his quae diximus obstat l. filii eod. quae filii appellatione omnes liberos contineri ait. A qua plerique Interpp. ita se expediunt, ut semota particula, omnes, & reposita vocula, homines, filii appellatione homines liberos contineri & intelligi dicant, idque ea ratione, quod servilis cognatio nulla sit, atque adeo quod nemo ser-



mo servus filius dici possit l. 1. §. 1. unde cog. Sed quia certum est filii nomen magis esse naturale quam civile, & dubium non sit, quin etiam servus filium habere possit, licet filium non habeat, quod nomen civile est, magis placet altera illa solutio, quod scilicet vel ex voluntatis præsumptione, vel etiam ex iustæ interpretatione filii appellatione omnes, nepotes contineantur. Voluntatis præsumptio est in l. 4. §. 5. De legat. 3. ex qua deducta est d. l. 220. §. 1. ubi quod filiis legatum relictum est nepotibus quoque debetur. Iusta interpretatio est in l. 20. De V. S. Iusta dicitur quod juris sit interpretatio: Senatusconsult. Macedoniani beneficium filiis datum est, sed porrigitur an nepotes quoque & ceteros liberos l. pen C. Ad Senatusconsult. Macedon. Senatusconsulto cautum est, ne pupilla tutoris filio elocetur, sed idem juris in nepotibus ceterisque observatur, l. 59. De rit nupt. Atque hinc est quod Iavolenus in d. l. 116. sententiam Labeonis verborum figuram sequentis reiiciat. approbata Proculi opinione, in mente testantis fundata, ut filii appellatione filia quoque contineatur, quod item Pomponius Servii disputationem à numero singulari ad pluralem conceptam, utpote rigidam nimis aspernetur, & contrariam sententiam, tanquam rationabilem magis, sequatur d. l. 122. Et verò natura ipsa nos docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto uxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt contineri, d. l. 220. §. 3. Cum enim matrimonium sic sit honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent No. 22. in princip. non possumus dulciore nomine nepotes nostros,



stros quam filii appellare d. § 3. Nam qui primo ex nobis procreantur, illi quin filiorum nomen habeant non est dubium. Illo autem nomine nullum est nobis dulcius. Eodē ergo nomine nepotes appellari conveniens est.

DISPUTATIO NONA  
EX TIT. XVI. DE CAPITIS  
DIMINUTIONE.

THESIS I.

§. i. h. t. l. i.  
D. eod.

*Capitis diminutio est prioris status commutatio.*



Vnt qui existiment tractatum de capitis diminutione huic loco perpetram inferi, quia nimirum aliis multis juris partibus conveniat. Quod ea ratione refutandum est, ut quia tutelam capitis diminutione perire Imperator proposuerat, simul etiam quid capitis diminutio esset, quibus constaret partibus, quos effectus haberet, explicandum eidem necessario fuerit. Obstat thesi, quod filius familias morte patris priorem suum statum commutet, nec tamen capite minuatur l. 3. §. fin. De Senatuscons. Macedoniano. Negandum est morte patris filium priorem suum statum, commutare, cum neque libertatem, neque civitatem neque familiam amittat, sed sui tantum juris, & ex filiof. paterf. fiat. Obstat quod paterf. arrogatione filiusf. factus capite minuatur. Ergo etiam si filiusf. fiat paterf. argumento à contrario sensu ducto, capitis diminutio continget. Dicendum est patremf. non ideo quod filiusf. fiat, sed quod in aliam familiam filiusf. per arrogationem fiat, capite minui. Obstat quod ex filiof. paterf.



paterf. factus capite minuatur, ut in emancipato  
videre licet. Sed hoc iterum non tam ea ratione,  
quod emancipatus filiusf. esse desinat, quam quod  
filiusf. in familia esse desinat. Aliud est in eo, qui  
morte patris sui juris fit. Etsi enim ex filiof. pa-  
terf. fiat, manet tamen in familia, l. pronuntiatio  
De V. S. Denique obstat thesi, quod Ulpianus scribit  
capitis diminutionem salvo statu contingere l. i. §.  
At Senatus cons. Tertullianum. Sed loquitur de  
minima capitis diminutione, quam salvo iuris  
publici statu h. e. libertate & civitate salva Ulpian.  
tit. ii. in frag. Paul. in l. 5. §. 2. h. t. hominis privati  
statum mutare, Cuiacius in d. tit. ii. rectissime no-  
tavit.

## T H E S I S II.

*Ea q̄, tribus modis accidit: Nam aut maxima d. §. 2.  
est capitis diminutio, aut minor, quam quidam  
medianam vocant, aut minima.*

**O**bstat quod capitis diminutio duobus tantum  
modis accidat, & vel magna, vel minor, ma-  
gna iterum vel maxima, vel media sit l. i. §. Si fi-  
lius de suis & legit, hered. l. i. §. capitis. Ad Ter-  
tullian. Sed in iure civili non esse novum, ut quæ  
trimembris divisio est, ad bimembrem revocetur,  
contravē, superius responsum est.

## T H E S I S III.

*Maxima capitis diminutio est, cum aliquis si §. 2, h. t.  
mul & civitatem & libertatem amittit, quod ac-  
cidit in his qui servi pœne efficiuntur atrocitate  
sententiæ, vel libertis ut ingratis erga patronos  
condemnatis, vel qui se ad precium participandum  
venundari passi sunt.*

h v

Obstat.



**O**bstat auct. Sed hodie C. de donat, inter vi-  
rum & uxorem, ubi rescriptum est, neminem  
bene natum ex supplicio fieri servum. Respon-  
dendum juris, novi istam dispositionem esse. Ita  
in metallum damnatio iure veteri servos faciebat.  
Quod Novella 22. sustulit. De libertis in servitutem  
revocandis diximus supra, quemadmodum  
etiam de iis, qui ad precium partiendum se ve-  
nundari patiuntur.

THESIS IV.

S. d. a. h. t.

*Minor sive media capitis diminutio est, cum  
civitas quidem amittitur libertas vero retinetur.  
Quod accidit ei cui aqua & igni interdictum fue-  
rit, vel ei qui in insulam deportatus est.*

**H**AEC capitis diminutio Deportatio dicitur, &  
civitatem tantum, non libertatem adimit. Ob-  
stat l. cognitionum de variis & extra ord. cognit.  
ubi libertas deportatione adimitur. Sunt qui d.  
l. cognitionum, de aquae & ignis interdictione,  
quae postea ceperit & maximae capitis diminu-  
tioni haud abssimilis fuerit, accipiant. Sed cum in  
d. l. cognitionum, deportatorum expressa mentio  
fiat, & deportationem maximae capitis diminu-  
tioni Iuris auctores adscripsisse nusquam legatur,  
vix est ut responsio ea sustineri possit. Nam quod  
Modestinus l. 4. §. ult. De gradib. scribit, hanc re-  
sponsionem parum confirmaverit. Expressè enim  
eum, cui aqua & igni interdictum est, ab eo qui a  
quo modo ita capite diminutus est, ut libertatem  
& civitatem amiserit, distinguit & separat. Quam  
sententiam Pauli responsum in l. ult. De cap. di-  
minut. aperte confirmat, Probabilior putatur esse  
opinio eorum, qui aliam faciunt libertatem juris  
gentium, aliam juris Quiritium, & hanc deporta-  
tione



tionem amitti arbitrantur. Illam non æquè. Sed hæc distinctio etsi vera esse, & bonorum auctorum testimonio confirmari possit, tamen Callistrati sententiæ non satis congruit. Is enim de naturali & juris gentium libertate disputat. Quod exempla, quibus utitur, aperte probant. Certe cum Aetorius in quodam exemplari pro particula veluti, voculam, Vel, legi testetur, ita Callistratum Interpretari, quasi de maxima & media h. e. ut ipse loquitur, de magna capitis diminutione differuerit, eamque fieri responderit, si libertas adimatur, vel cum aqua & igni interdicator, quæ in persona depottatorum venit, &c. verosimilius & menti ac sententiæ Callistrati magis consentaneum fuerit. Neque obstat quod in fine iterum exemplum unum maximæ capitis diminutioni conveniens attexat. Quæ exemplorum propositio inconcinna videri possit. Nam cum maximam & mediam capitis diminutionem in unum contrahat, & utramque uno verbo magnam dicat, haud obscurum est, ipsum de istis capitis diminutionis, speciebus separatim & distinctè differere noluisse. Non mirum ergo si primo exemplum, quod maximæ, post quod mediæ, tum iterum quod maximæ diminutioni convenit, in medium adduxerit. Omnia enim illa exempla sine ulla distincte & sine ordinis ratione ulla, magnæ capitis diminutioni congruunt.

THESES V.

*Minima capitis diminutio est, cum & civitas & libertas retinetur, sed status hominis commutatur. S. 3. h. t. tur, quod accidit in his qui cum sui juris fuerunt, ceperunt alieno juri subiecti esse vel contra.*

**M**inima capitis diminutio Arrogatione & emancipatione fit, De illa supra egimus, de hac pauca



pauca dicturi sumus. Est verò emancipatio capituli diminutio, quæ familiam & ipsum etiam personæ statum mutat, cum nemo emancipari possit, nisi simul in imaginariam servilem causam deductus l. 3. §. fin. de capit. minut. Quod ut rectius intelligatur, sciendum est triplicem esse emancipationis rationem. Est alia emancipatio legitima, quam per antiquam legis observationem processisse, hoc loco Imperator scribit. Erat enim solemnis filii alienatio, quæ fiebat per trinam emancipationem, sive venditionem, & trinam manumissionem, quæ ab emptore fiebat. Non obstat l. fin. C. de adoptionibus quæ binæ tantum manumissionis mentionem facit. Nam non de emancipatione, sed de in adoptionem datione est. Post primam autem & secundam manumissionem in patris potestatem filius redibat, tertia manumissione liber & sui juris fiebat. Et origine hæ venditiones veræ erant, & serio fiebant pretio dato & accepto, uti supr. explicavimus. Postea ceperunt esse imaginariæ, pretio nullo accedente. Obstat l. §. 1. De iniusto rumpit. irrit. &c. Vbi liberos una emancipatione potestate patria exire scriptum est. Sed loquitur lex illa, de filia & ceteris liberis. Solum filius non nisi trina emancipatione sacris paternis liberabatur, Alia emancipatio ab auctore, Anastasiana dici potest, quæ detractis illis solemnibus fit ex imperiali rescripto ad patris preces edito, & iudici competentem in sinuato l. pen. C. de emancipat. liberor. Denique alia est Iustiniana emancipatio, quæ sine ullis solemnitatibus apud competentem Iudicem fit l. fin. C. d. t.

THESES VI.

§. 4. h. t. l. 3.  
§. 1. D. eod.

*Servus autem manumissus capite non minuitur,  
quia caput nullum habuit.*

Obstat



Obstat quod capitis minutio sit status mutatio. Servus autem manumissus, quin statum mutet non est dubitandum. Ex servo enim fit liber, & status servitutis in libertatis statum commutatur. Respondendum est in definitione capitis diminutionis, statum capitis libertate, civitate & familia, sive agnatione metiendum esse. Servus autem libertatem, civitatem & familiam h. e. caput, non habet. Ergo manumissus capite non minuitur. Et quando dicimus servitutis vel servorum statum, servitutis & servorum conditionem significamus, Imperatore ipso interpretante in §. fin. sup. De jure personar. Obstat adhuc l. pronuntiatio §. servitutum De verbor. sig. ubi expresse scriptum est servos familiam habere. Respondendum est, eo loco familiam non pro agnatione, sed pro corpore, & universitate quadam accipi, l. 40. §. 2. eod. Denique manumissio non minuit sed tribuit & dat servo caput.

## T H E S I S VII.

*Quibus etiam dignitas magis quam status per §. §. h. t. mutatur, capite non minuuntur: & ideo senatus motum capite non minui constat.*

SI Senatus motus magis dignitas, quam status mutatur, sequitur statum ipsorum quodammodo minui. Prius autem est, uti ex thesi ipsa manifestum fit. Ergo ut & posterius sit consequens fuerit. Respondendum est non esse in jure civili in frequentibus, ut particula comparativa, magis positive intelligatur & sumatur. Quod etiam hoc loco ita usu venit, cum Senatus motum, neque libertatem, neque civitatem, neque familiam mutare apertissimum sit.

T H E S I S



DISPUTATIO  
THESIS IIX.§. fin. De  
legit. ag.  
tit.*Capitis diminutio cum juris civilis sit, civilia  
jura corrumpit, naturalia non æquè.*

## THESIS IX.

l. 8. De  
Reg. jur.*Jura enim sanguinis nullo civili jure dirimi  
posse pro regula juris traditum est.*

## THESIS X.

d. §. fin.

*Vnde sequitur agnationem quidem, utpote ju-  
ris civilis, qualibet capitis diminutione infringi.*

## THESIS XI.

§. 6. h. t.

*Planè maxima capitis diminutione jus quoq;  
cognitionis perit, ut puta servitute alicuius co-  
gnati. Sed etsi in insulam quis deportatus sit, co-  
gnatio solvitur.*

## THESIS XII.

l. 1. Ad Sc.  
Tertyll.*Neg, id mirum, cum hæc duæ capitis diminti-  
tiones morti adsimulentur. Nam & filius in ser-  
vitutem redactus matri suæ filius esse desinit.*

**V**identur hæc theses invicem pugnare. Nam si  
jus sanguinis civili jure non tollitur, sequitur  
omnino, jus cognitionis capitis diminutione, si-  
ve ea minima sive maxima sit minimè exstringi  
& tolli. Respondendum est, capitis diminutione  
non quidem ipsum sanguinis & naturæ jus, quoad  
immutabile est, tolli, sed tantum id effici, ut quod  
tutelas gerendas & administrandas, cognatio esse  
non intelligatur. Eadem ratione mater quæ est,  
servitute mater esse desinit. & jure civili prohibetur,  
quo minus hereditatem filiorum cernat &  
successionis spem habeat l. 2. in princ. Ad Sena-  
tuscons.



Juscons Tertulian. Denique homines servi & d. ro.  
 ad e ad tutelam vel successionem liberi hominis  
 & civis Romani non admittuntur. Ceterum quæ  
 ritur, quid dicatur jus sanguinis in l. 8. De reg. jur.  
 ex qua thesin, nonam descripsimus. Accursius, jus  
 consanguinitatis interpretatur omnino perperam.  
 Consanguinitas n. nihil aliud quam fraternitas  
 est §. vulgo l. de succession. cognat. Atque sanguis  
 nis ipsa cognatio naturalis est l. 2. Unde cognati l.  
 vel si sanguine De manū. vind. l. qui in adoptionē  
 de adopt. l. si adulterium §. 1. Ad l. Iuliam de A  
 dult. l. dotem §. ult. De castren. pecul. Possit  
 tamen Accursius vocabuli proprietate abusus cum  
 Theodosio in l. unic. C. de imponend. lucrat. des  
 script. &c. lib. 10. consanguinitatem pro cognat  
 iōne dixisse, atq; ita cum suis affectis excusari.

## CORONIS I.

*Transfuga an capite minuatur?*

**T**Ransfugam capite minui non est dubitandum  
 l. amissione §. 1. De capit. minut, sed quæ illa  
 sit capitis diminutio quæri non improbabili ter po  
 test. Verius est mediam capitis diminutionem  
 transfugam pati. Nam in l. si quis tutor De tutel  
 lis, expresse scriptum est, transfugam servum non  
 fieri. Quod argumento est certissimo transfugam  
 capitis diminutionem maximam passum non esse.  
 Civitatem ergo solam amittit d. §. 1. Obstat quod  
 in d. l. si quis tutor, Ulpianus transfugam tuto  
 rem manere scribat, cum tamen certum sit depor  
 tatione tutoris, tutelam finire, §. sed & capitis l.  
 Quibus modis tutel. finit. Forte cum Cuiacio res  
 sponderit quis, non simpliciter verum esse quod  
 deportatione tutela finiatur, cum quemadmodum  
 non civis tutor recte datur l. etiam non muni  
 ceps,



ceps, de tutelis, sic etiam civem tutorem datum & postea non civem effectum tutorem esse non delinere rationis sit. Sed hanc responsionem d. §. sed & capitis, non admittit. Et qui non municeps vel non civis tutor datur, nihilominus alterius municipii civis est. Quare si responsionis istius ratio sibi constare deberet, probandum esset non municipem qui nullius municipii civis sit, municipii tutorem dari posse. Deinde etiam certum est, transfugam jus postliminii non habere l. 17. §. 7. de capt. & postlim. revers. Quomodo igitur reditus eius ab hostibus expectabitur, ut interim alius tutor detur d. l. si quis tutor, cum ne quidem reversus tutor esse possit. Dicendum igitur putaverim d. l. si quis non tutor, eo tantum casu procedere, quo transfugis redeuntibus ex justa causa, venia datur l. 5. §. fin. De re militar. Illi enim absque dubio postliminium habent. Interim ergo tutores esse desinunt. Reversi, si de justa causa appareat, tutores manent d. l. si quis tutor. Obstat l. transfugam De acquirendo rerum domin. ex qua elicitur transfugas postliminium habere cum jure belli recipiantur. Quam speciem postliminii esse disputatio septima docuit. Sed ibi transfugam deservo privati hominis accipi, tituli ipsius inscriptio testatur abunde. Servus ergo si transfuga sit, jure belli a domino recipitur. d. l. transfugam.

## CORONIS II.

*An differentia sit aliqua inter damnationem in metallum, vel opus metalli, & damnationem in aliud opus publicum.*

**V**ideamus primum de damnatione, in met. Illud, vel in aliud opus publicum, quæ in perpetuum sit. Damnatum in metallum, vel in opus metalli



metalli in perpetuum, tam libertatem quam ciuitatem amittere textus expressus in l. sunt quidam, de poen. probat; sed & juris ratio confirmat. Nam ita damnati sunt serui poenae, quos maximam capitis diminutionem pati, atq; adeo libertatem cum ciuitate amittere supra probauimus. At in aliud opus publicum perpetuo datus, mediata capitis diminutionem patitur, & solam ciuitatem amittit, ea quae juris gentium sunt veluti libertatem retinet, quemadmodum in d. l. sunt quidam §. 1. nominatim responsum est. Neq; obstat. l. capitalium §. Diuus, de poenis, ubi in non perpetuum opus damnatos libertatem retinere scribitur; ex quo inferri possit in opus perpetuum damnatos libertatem amittere. Nam cum varia sit lectio d. §. Diuus. eum iuxta apertam definitionem d. l. sunt quidam, cum Cuiacio accipere, & negatiuam quorundam Codicum & iuris auctoritate demere satius fuerit. Quinimò negatione admissa, is sensus Callistrati erit. In metallum ad tempus dati libertatem manere non minus quam eius qui in opus publicum temporarium datus sit Vtrumq; .n. verum est. Argumentum verò inde si quod ex sensu contrario adstruxeris, quasi in perpetuum opus publicum damnati libertatem quoq; amittant, contra d. l. sunt quidam, expressam sententiam recipiendam non fuerit. In metallum autem vel opus metalli ad tempus dati libertatem retinet d. §. Diuus. Sed an ciuitate plectantur controversum est Certè Vlpianus in l. aut damnatum §. in ministerium De poenis. eos ciuitatem retinere scribit. Quod ratio à Callistrato in d. §. Diuus, relata, scilicet in metallum ad tempus datos, pro in metallum datis non haberi, confirmat. Sed & in opus publicum temporarium datos tam ciuitatem quam libertatem retinere ex l. 6. C. Ex quibus causis infam. irrog. euidentissimum est, Nihil igitur inter

i                      dam



damnationem in opus metalli, & opus publicum, si utraq; ad tempus fiat, interesse hinc concludere licet. Nam quod Cuiacius in metallum ad tempus datos civitate plecti scribit, tum ob modo indicatas rationes, tum verò etiam quod civitas ad tempus non adimatur, probare non possum.

DISPUTATIO DE  
CIMA EX TIT. XV. DE LEGIT. AGNAT. TUT. TIT. XVII.

de legit. Patron. tut. tit. xvij. De legit. Parent. tut. tit. xix. De fiduc. rur. tit. xx, De Atil. tut. &c.

THESIS I.

§. i. h. t. 19.  
l. i. D. cod.

*De testamentaria tutela hucusq; Quae cessante, legitima locus est.*

THESIS II.

Cuiac. in  
par. D. &  
C. h. t.

*Est verò legitima tutela triplex, vel enim directo ex lege descendit, vel per interpretationem & hereditatum consequentias defertur, vel deniq; moribus recepta est.*

THESIS III.

d. §. 1.  
d. l. 1.  
No. 118.

*Parente siquidem intestato mortuo, lex duodecim tabularum agnatis directo defert tutelam, cuius onus ex Iustiniani constitutione omnibus etiam cognatis incumbit.*

THESIS IV.

l. 9. h. t.

*Et quidem proximis quibusq; cognatis tutela primum demandatur, qui si plures sint pariter admittuntur.*

OB.



**O**BSTAT, quod Sorores tutelam non gerant, quas tamen agnatas esse constat. Respondendum est, Tutelam virile munus esse, à cuius gestione foeminae removeantur. Et rectissime Ulpianus in fr. g. h. r. Agnatos in hoc tutelarum tractatu cognatos virilis sexus, per virilis sexus cognationem conjunctos definit. Nam quod Avia & mater aliquando tutelae officio fungantur, iure singulari receptum est.

## THESIS V.

*Per interpretationem tutela legitima defertur d. 17. patronis, summa providentia, ut qui libertorum hereditatem sperent, iide quoq; libertorum tutelam suscipiant.*

## THESIS VI.

*Quae ratio etiam facit, ut Anastasius, fratrem l. e. C. h. e. emancipatum perfectae aetatis suo impuberi legitimum tutorem consiliaverit.*

**O**BSTAT, quod cum frater emancipatus non sit agnatus, ad legitimam quoq; tutelam fratrum suorum impuberum admitti non debeat. Sed est jus illud ex Anastasii constitutione contra juris rationem receptum.

## THESIS VII.

*Planè interdum aibi hereditas, a libi tutela est, l. quo tuto de Reg. Jur.*  
*Quod in feminis animadverti licet, qua hereditatem pupillarum cernunt à tutela onere immunes sunt.*

**R**atio hujus thesisi est, quod tutela virile officium l. antep de tutel. munus masculinum sit l. ult. d. e. ultra sexum foeminae infirmitatis l. i. C. Quando mulier offic. tut. & . Quid verò est quod Caius in d. l. antep tutelam plerunq; munus virile esse scribat. Quia nimirum filiorum tutelam foeminae à principe specialiter postulare possunt d. l. ult.



## THESIS IIX.

*Sed & minor annis 25. quamvis ab hereditate ar-  
ceri non possit, non ideo tamen tutela munus subire cogitur, imò nec volens ad tutelam admittitur hodie.*

§. 13. in de  
excus. u.

## THESIS IX.

*Moribus legitima facta est parentum tutela, quia  
si parens filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, vel  
ceteros deinceps impuberes emancipet, legitimus eorum  
tutor efficitur.*

t. t. 1.

## THESIS X.

*Parente defuncto impubes ille emancipatus in fra-  
trum tutelam fiduciariam transit.*

t. 19.

**O**BSTAT quod ipse pater sit fiduciarius tutor,  
sic dictus quod contracta fiducia, & quasi jura  
successionis sibi reservanda emancipet. Qua ra-  
tione Ulpianus parentem vicem legitimi tutoris su-  
stinere scribit l. 3. §. fin. De legit. tutor. Quia nimirum  
quemadmodum legitimis tutoribus hereditas & tu-  
tela ex legis dispositione & interpretatione defertur,  
sic parenti quoque ex sua provisione & manumissio-  
ne hereditas & tutela filiorum suorum emancipa-  
torum deferatur. Respondendum est tutelam paren-  
tum, quæ fiducia erat, mores legitimam fecisse.

## THESIS XI.

*Species tutelarum ultima Dativa est: Dantur ve-  
rò huiusmodi tutores potissimum à defensoribus civi-  
tatum una cum religiosissimo Antistite pupillis 500.  
solidos in bonis habentibus.*

§. 1. h. t. 20

## THESIS XII.

*Et hanc tutelam dei vel conditionis adiectionem  
respuere adfirmamus.*

l. actus

77. D. Re.

Iu.

*De hac questione in disputat. 8. abundè egimus.*

CO.



## CORONIS I.

*Vtrum à tutela decreto & nominatione excusatio an appellatio sit?*

**I**MPERATOR Iustinianus in §. qui autem in de excus. tutor. scribit eos qui nominati sunt tutores non appellare, sed à tutela excusari. Contra Jurisconsulti in l. 4. l. 13. in pr. De excus. t. tut. l. cum in una §. 1. De appellat. l. penult. De tut. & curat. dat. ab his & c. l. tutor vel curator de administrat. tutor. l. si quis tutor §. fin. de ritu nupt. tutores à tutela nominatione appellare & provocare posse respondent. Dicendum est jure antiquo à decreto tutela vel appellari, vel excusationem interponi potuisse, donec. D. Marci constitutione effectum sit, ut primum excusatio nuda à tutela nominatione interponatur, quæ si non fuerit recepta, appellationis beneficium supersit. Textus est expressus in l. 1. §. si quis tutor. Quando appellatum sit.

## CORONIS II.

*Tutoris datio, utrum imperii vel jurisdictionis sit?*

**O**MNE Imperium vel merum vel mixtum est. l. 3. De iurisd. Merum imperium, vel cum Ulpio in d. l. 3. junctâ l. nemo in. de R. I. & l. 1. in pr. De offic. ejus cui mand. & c. Ius gladii, aut alterius coercionis gravioris lege specialiter datum, vel cum Severo & Antonino in l. 1. C. Qui non possit ad libertatem, & c. potestas coercendorum factorum lege nominatim data ac finita definiri potest. In hac definitione generis loco ponitur, Ius sive potestas, quod propriè imperio congruit d. l. 3. l. or estatis De V. S. & tamen ad alias quoq; res pertinet. Nam & actio est jus, tutela est potestas, itemq; Jurisdictio sive imperium mixtum potestas est. For-

*Merum  
imperium*



na verò locum obtinent reliqua definitionis verba.  
 Quando enim dicimus merum imperium esse ius  
 gladii vel alterius coercionis grauioris h. e. esse po-  
 testatem coercendorum facinororum, propriissimè  
 merum à misto imperio, quod modicam tantum ha-  
 bet coercionem, distinguimus l. fin. §. vit. De offi-  
 cius cui, &c. Modica autem coercitio pro iuris di-  
ctiois forma & Iudicis auctoritate estimari debet.  
 vnic. in pr. verò ius suæ potestatis, &c. Si quis ius dice-  
 ri non obtinuerit. Præterea merum imperium datur vel  
 lege vel Senatus consulto vel principum constitutio-  
 ne. At mistum imperium siue Iurisdictio iure ma-  
 gistratus competit d. l. i. in princ. Opponitur con-  
 trā definitionem nostram quod mala sit, cum non  
 faciat mentionem relegationis, deportationis mem-  
 bri mutilationis. Est qui respondeat Gladii appella-  
 tionem generalem esse, ad relegationem imilesq;  
 potestas pertinente. Sed ostat quod Gladii animad-  
 uersio ab aliis coercionibus distinguatur l. 8. §. 1.  
 De penis. Illud verò incommodum est, qui ita amo-  
 ueat, nimirum non esse nouum, vt verbum aliquod  
 & generis & speciei nomen obtineat. Deinde ad d.  
 §. 1. respondet quod iste §. non distinguit animad-  
 uersionem, quæ gladio sit à reliquis coercionibus  
 secundum verborum proprietatem & vnam signifi-  
 cationem, sed quod tantum agat de sententia Iudicis,  
 qui damnatum gladio puniri iusserit & Iudicis  
 sententiam restitutus accipiendam esse, i. vt dam-  
 natus securi vel quo alio ferro puniri non poterit.  
 Nos huius cauillationis evitanda causa Vlpianæ hæc  
 verba, **VEL ALTERIUS GRAVIORIS  
 COERCITIONIS**, ex d. l. nemo potest, d-  
 dere maluimus. Ex quibus planum est, hanc defini-  
 tionem nostram, genere & differentia siue forma  
 constare.

Mistum  
 imperium



constare. Hoc in definitione notandum diligenter est quod merum imperium non competat, nisi detur nominatum & specialiter lege, senatus consulto, vel constitutione principum. Primum debet dari, Nec ergo iure Magistratus competit, ut est, qui inuita Iurisprudencia scribit. Deinde debet dari specialiter & nominatum. Hinc est, quod praefecto urbi ius in metallum damnandi ex L. Serus epistola specialiter competat l. 1. §. 4. De legat. 3. Ius deponendi ex eiusdem Seueri constitutione nominatum detur l. 8. §. 5. De poen. Ius gladii & in metallum damnandi potestas praesidibus specialiter permittitur l. 6. §. 8. De officio praesid. Criminum cognitio Senatus consulto praetori demandatur l. 1. in f. pr. de offic. eius cui &c. Mixtum imperium teste Vlpiano est, cui etiam Iurisdictionis inest quod in danda honorum possessione consistit. Inde quaeritur, utrum Mixtum imperium cum Iurisdictione res vna eademque sit. Quod Cuiacius Harmenopolum existimare scribit, & ipse probat. Et verum est, si recte & sine calumnia intelligatur. Nam primum quaecumque mixti imperii sunt, illa etiam Iurisdictionis sunt contraue, ne potest locus ullus in contrarium dari. Deinde mandata Iurisdictione mixtum quoque imperium transit, l. §. fin. 1. De offic. eius cui mand. &c. ut ergo hoc illi inest, sequens est. Quid, quod nullum possit esse imperium sine Iurisdictione d. l. 3. & nulla Iurisdictione sine modica coercionem h. e. sine imperio mixto d. l. fin. §. 1. Praeterea ipsa verbi appellatio ostendit Iurisdictionem a mixto imperio nihil differre. Mixtum enim dicitur imperium, quod Iurisdictioni commixtum sit. Et sane si quod imperium constituitur sine Iurisdictione id mixtum appellari non posse euentissimum est. Denique etiam subtiliter & animi iudicio Iurisdictione pro nomine

i \* qua

*Mixtum*  
90



quæ in causarum civilium & pecuniarum cognitione versetur, dici possit. Quæ ratione etiam Iuris consultos rem aliquam magis imperii esse quam Iurisdictionis contrahere, aliquando respondisse vero consentaneum fuerit, re ipsa tamen Iurisdictione siue imperium mixtum, nihil aliud est, quam potestas, quæ proprio iure Magistratus competit d. l. i. in præde offic. eius, notio & potestas propter vim Magistratus competens. Ita Causus nuptias à matrimonio subtiliter distinxit. Neq; tamen inter illa duo quicquam esse posse disputatio quincta docuit. Obstat quod Iurisdictione mixto imperio insit, atq; ideo hoc ab illa aliud & diuersum sit. Quia nimirum pacta à contractibus differunt, cū tamen illa his insint. Respondendum est, contractus per festare, & pactis tantum formari, parari, præparari, deniq; adesse pacta vel abesse posse. At Iurisdictione sine coercitione, sine imperio, nulla est. d. l. fin. §. i. Non potest Iurisdictione ab imperio ista abesse, vel contra. Quod tamen fieri possit, si per accidens Iurisdictione imperio adhereret ut, est qui contra imperii mixti notationem manifestam scribit. Obstat quod Ulpianus respondit, Tutoris dationem neq; imperii, neq; Iurisdictionis esse. l. multo §. tutoris, de tutelis, sed ista scriptio ne & locutione Iuris auctores uti, & tamen rem vnam eandemq; significare, ex §. si aduersus ea, ibi, neq; matrimonium neq; nuptiæ, supr. h. t. intelligere licet. Mixti imperii siue Iurisdictionis exempla sunt, jubere cauere stipulatione prætoris, & in possessionem mittere. Neq; obstat l. 4. h. t. vbi hæc exempla magis imperii quam Iurisdictionis esse dicuntur. Nam inde perspicuum est, esse tamen ea exempla Iurisdictionis, licet magis in imperando quam in cognoscendo versentur. Pertinet huc Iustus de cauendo, puta dum Iudex jubet aliquem idoneè cauere

uere



uere, rem scilicet ratam haberi, Iudicatum solui,  
 Iudicio fisci, t. D. Iudic. sot. &c. Missio in possessi-  
 onem, si legatorum nomine non caueatur d. l. 4. vel  
 damni infecti l. fin. §. pœna. Ne vis fiat ei qui, &c.  
 Item missi imperii est aduocationibus officio, vel fo-  
 ro interdicare, multare pertinacem, denegare audi-  
 entiam l. sed etsi per prætorem §. sed etsi dum decre-  
 to. Ex quibus causis maior, &c. in vincula conice-  
 re decreto prætoris non obtemperantem l. iniuria-  
 rum §. si quis quod decreto De iniur. condemnare  
 contumacem in expensis l. sancimus, C. de iudic.  
 Habere eum pro confesso qui non respondet, vel de  
 calumnia jurare recusat l. de atate §. qui tacuit De  
 interrogat act. l. 2. §. fin autem reus C. de iureiur.  
 per cal. dat. torquere testem in causa pecuniaria l.  
 diuus in pr. De quaestionibus modicè animaduertere  
 in eum qui in causa ciuili falsum produxerit instru-  
 mentum, testimonium uè iniquum protulerit l. Di-  
 uis pius ad l. Cor. de fals. pignora capere & coer-  
 cere mulierem, quæ se pregnantem esse dissimulat,  
 & in ius vocationem contemnit l. 1. §. igitur prin-  
 ceps. De ventr. in spic. Deicere possessione mulierem,  
 quæ ventris nomine calumniosè possessione est l.  
 notatur & l. seq. De his qui not. &c. l. 1. §. hanc au-  
 tem simul ventr. nomine, &c. Quid de restitutio-  
 ne in integrum? Et constat eam esse magis missi im-  
 perii quam Iurisdictionis l. ea quæ §. Ad municip. sed  
 tamen Iurisdictionis esse. Non obstat quod restitutio  
 in integrum nullam secum trahat coercionem. Nā  
 & bonorum possessionis datio sine coercionem ex-  
 peditur, quam tamen Iurisdictionis esse in d. l. 3. no-  
 minatim scribitur. Deinde Iurdictio & missum im-  
 perium non sunt ex coercionem definienda, sed ex po-  
 testate, quæ iure Magistratus competit, quæ li-  
 cet sine coercionem expediri fortè queat, si iussu  
 prætoris



pratoris mos geratur, tamen fieri potest, ut in obedi-  
 entes & contumaces coercitione opus sit. Denique  
 jam antè probauimus nullam esse posse Iurisdictionem  
 sine modica coercitione et si istius modicæ coer-  
 citionis siue imperii exercitio Magistratus non sem-  
 per uti necesse habeat. Quid verò de Iudicis dandi li-  
 centia? Et eam Iurisdictionis, atque adeò nisi imperii  
 esse Ulpianus docet l. 3. §. 1. Sed obstat l. 12. §. 1. De iu-  
 d. ubi Iudicis dationem lege, Senatus consulto  
 vel principis constitutione concedi responsū est. Un-  
 de sequitur eam jure Magistratus non competere.  
 Placet Duarenii & Petri Fabri responsio in d. §. 1. Iu-  
 d. dationem lege dari non specialiter & nomi-  
 natim, sed generaliter, ut quia exempli gratia pro-  
 consuli datur lege potestas in provinciales, simul  
 etiam lege & hoc potestatis siue Magistratus jure  
 Iudicis dandi licentia detur. Qua ratione ad Ius di-  
 centis officium pertinere, idem Ulpianus scribit, Iu-  
 dices litigantibus dare l. 1. De Iurisd. Quid de  
 manumissione, adoptione, emancipatione? & hos  
 actus legitimos similesq; non jure magistratus, cu-  
 juslibet, sed ejus tantum, penes quem legis actio e-  
 rat, peragi solitos, accepimus l. 4. De adopt. Unde  
 sequitur eos missi imperii, siue ejus Iurisdictionis  
 quæ jure Magistratus competit, non esse, sed ejus  
 Iurisdictionis quæ lege specialiter datur. Et ut tan-  
 dem concludamus, hujus Iurisdictionis quoq; esse  
 putamus Tutoris ditionem. Ulpianus quidem in l.  
 tuto. §. 2. De tutel. Tutoris dationem neq; Iuris-  
 dictionis neq; imperii esse asserit. Quem locum ita  
 accipiunt pleriq; interpretum eruditiorum, ut non  
 ideo tutorem aliquis det, quia Iurisdictionem ha-  
 beat: Sed quod tutorem dare ipsi permillum sit, vel  
 legis, vel Senatusconsulto, vel principum constitu-  
 tione. Et rectè: Nam & patres, liberis suis tutorem  
 dab



dat, quem tamen Iurisdictionem vel imperium habere nemo dixerit. Sic igitur habendum est, Tutoris dationem neq; imperii, neq; Iurisdictionis, quod quæve iure Magistratus competat, esse, sed ei soli competere, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatusconsultum, vel princeps, hoc est, esse Iurisdictionis specialiter lege delictæ. Et tamen quia I. x pupillis, quibus parentes testamento tutores non dederunt, à Magistratibus tutores constitui ut plurimum præcipit & nominatim mandat sic ut Vlpianus ad Ius, dicentis officium, si illud latissimè exaudiatur, nec intra solius Iurisdictionis quæ iure Magistratus competit fines concludatur, pertinere scribat, pupillis non habentibus, tutores constituere l. i. De Iurisdic. Planè dati Tutoris cogendi ratio & potestas, quia Iurisdictionis sit, dubitari non debet.

DISPUTATIO VNDECIMA EX TIT. XXI. DE Auctoritate Tutor. tit. xxij. de curatorib. tit. xxiv, de Satisdat. tutorum & curatorum.

THESIS I.

Tutela per quam similis cura est: In paucissimis I. 11. De exsiquidem Curatores à Tutoribus distare prohibentur. cuf. tut.

THESIS II.

Differunt verò potissimum, quod 1. tutela pupillorum, cura bonorum sit, 2. tutores invitis, Curatores voluntibus, 1. tutores per consequentiam, omnibus & universis bonis, Curatores certa rei præficiantur.

1. s. item  
 1. 12. tit.  
 De excuf.  
 tutor.  
 2. §. h. n.  
 3. §. 7. De  
 excuf. tut.

THE



*§. furios.  
h. t.* Certè personis quandoq; Curatores constitui, furiosorum, prodigiorum, & aliarum personarum calamitas probat.

**O**BSTAT I. De minoribus, ubi scriptum est, minoribus rem suam etiam bene gerentibus, Curatores dandos esse, nec ipsis rerum suarum administrationem ante 25. ætatis annum permitti. Sed hoc ideo quod publicè expediat & utile sit, ne minores ob consilii inopiam res suas malè administrarent. Iphis verò minoribus inuitis Curatores non dantur, nisi ex certis causis de quibus paulò post, Præterea non obstat quod pupillus infans inuitus dici non possit. Quia utiq; nec consentire, nec velle dici potest, quemadmodum ad similem objectionem supra ex l. 12. §. medio De capt. & post. revers. respondimus. Ceterum obstat, quod tutor datur ad dorem constituendam, Vlpianus in frag. tit. II. vers. præterea, ad hereditatem adeundam Vlpian. ibi vers. item ex Senatusconsulto l. impuberi De tutor. & curator. dat. &c. l. cum in una §. 1. De appellat. Certæ ergò rei. Respondendum est, Regulam juris, quæ certæ rei tutorem dari posse, negat, in certis causis per Senatusconsulta restringit & officium suum perdere, necessitate id ita faciente, quam Senatusconsulta extorsisse constat l. 2. §. deinde quia difficile De orig. iur.

## THESIS IV.

*§. 4. lit.  
l. 20. §. fin.  
De tut. &  
cur. dat.* Differentiis Tutelæ à cura accidit, quod Tutor à suis pupillis de suspecto accusari non possit; Curator à puberibus suis rectè suspectus dicatur. Quod Curatorem habenti curator datur, tutorem habenti tutor non adiungatur.

DE



**D**E ratione differentiae certa, ob quam adultus  
 Curatorem suspectum postulet, pupillus non  
 aequè dubitatum est. Sunt qui id ideo fieri arbi-  
 trentur, quòd pupillo, non nisi tutela finita, actio  
 competere soleat: sed illa ratio in conveniens est.  
 Quod enim non nisi finita tutela pupillo actio de-  
 tur de administrationis reddendae ratione intelli-  
 gebet. Verius est jus illud ea ratione introductum  
 esse, quòd pupilli in iudicio standi personam legiti-  
 mam non habeant tit. C. Qui legit. person. standi,  
 &c. Quae ratio hoc casu non militat in adulto. l.  
 pietate in fine. C. h. tit. Obstat l. Curatorem. C. Qui  
 dare tut. pos. ubi scriptum est, Curatorem habenti,  
 curatorem non dari. Sed ibi pro, Curatorem, cum  
 Cuiacio legendum esse tutorem, ipsa facti species &  
 verba legis evidenter probant, & ratio juris, quòd  
 curatorem habenti Curator detur, abundè confirmat.  
 De ratione differentiae, quare tutorem habenti tutor  
 non detur: Curatorem habenti, detur curator qua-  
 situm est; Sunt verò qui id ideo constitutum esse  
 scribant, quòd Tutoris datio actus sit legitimus, a-  
 ctus autem legitimus non iteretur. Verum ista ratio  
 dativos tantum tutores respicit. Subjiciendum igitur,  
 quod tutor qualem potestatem in pupilla-  
 lum habeat, vice enim domini est l. ad ea De R. l.  
 plures autem eundem in potestatem accipere non  
 possunt. Ob. l. simul De tutor. & curator. &c. Vbi  
 plures simul tutores dari possunt uni pupillo. Pluri-  
 bus igitur illis, ut in unum eundemq; pupillum po-  
 testas concedatur consequens est. Dicendum plures  
 tutores conjunctim datos pro una persona haberi &  
 accipi. Et alioqui etiam constat unius servi plures  
 esse dominos posse. Verum in servum, qui sub unius  
 domini est potestate, alius potestatem habere ne-  
 quit. Obstat praeterea, quòd etiam curator vice do-  
 mini



mini sit d. l. ad ea. Quare si hæc ratio in tutore vera est, sequetur nec curatorem habenti posse curatorem dari. Sed respondeo curatorem vice domini esse in bonis minoris, nullam autem potestatem in personam habere. Obstat §. si inter tutorem de auctoritat. ubi tutorem habenti tutor datur. Sed jus illud moribus receptum esse Ulpianus in frag. tit. ii. testatur ut liti, quæ est inter tutorem & pupillum, tutor alius detur.

THESIS V.

§. 9. h. r.

*Atq; binc est, quod in locum tutoris minus idonei, vel ad tempus excusati vel pupillo litem mouentis curator interim substituat.*

**Q**VAE ad hujus theses sententiam faciunt Disputationis octavæ thesis decima abunde explicat. Illo solo super addito, quod pupillus tutori, vel tutor pupillo litem movere possit non quidem de administratione, nam si quæ hoc nomine lis oriatur, finita tutela soviri debet, sed de lite alia extra administrationem exorta.

THESIS VI.

§. 6. 24.

*Et ad hunc quidem modum, Tutores vel curatores dantur, qui ne suæ tutelæ vel curæ demandatorum negotia negligenter administrarent, consumant, diminuant, ad satisfactionis onus compellendi sunt. Quo gravamine, testamento, vel ex inquisitione dati tutores liberantur, illi quod approbatione patris, hi quod inquisitionis fide pro idoneis habeantur.*

THESIS VII.

§. 1. d. 2.

*Planè si duo ex testamento vel ex inquisitione dati sint tutores. & alter eorum solus tutelam administrare velit, permissum est, ut vel alter sadiidet. & solus tutelam*



VNDECIMA.

117

tutelam a ministro, vel ab altero satis accipiat, & satisfaciendi administrationem relinquat.

THESIS IIX.

Idem statuendum est si non duo solum, sed & si d. 5. a plures dati sint, ita tamen ut primum voluntatis testatoris rationem habeamus, qua deficiente maioris partis approbationem, post ipsius Iudicis iussum sequamur.

**R**atio harum thesum est, ne per multos tutela spargatur, & actiones difficilius exercentur & excipiantur. l. 3. § apparet, De administrato tutor.

THESIS IX.

Post Satisfactionem a tutoribus vel curatoribus præstitam, nihil ipsis antiquius merito erit, quam ut iugod sui officii est faciant, h. e. ut administrationem & gestionem tutelæ vel curæ suscipiant, auctoritatem & consensum, sicuti opus est, interponant, utilia non prætermittant, & denique inutilia non admittant.

r. r. D. de ad tutor.

THESIS X.

Secus si fecerint, administrationi sti male periculum coniunctum est, ut ob culpam & negligentiam suam teneantur, non tamen ut casus fortuitos, qui præcaveri non possunt, præstent.

l. contra-  
ctus De  
Reg Iur.  
cum similes

**T**enerur Tutor de levi culpa l. contra-ctus R. l. nisi forte prædicia sine sordibus & gratia emerit l. 7. §. comperat. De administrat. tutor. vel bona nomina pupilli minus idonea. hoc est, mala fieri passus sit l. 2. ibi Accursius C. arbitrat. His enim casibus se sola lata culpa tenetur.

THESIS XI.

Auctor



*l. r. 21. & D. De au-  
cto. præ-  
stand.* *Auctor sit tutor statim in ipso negotio præsens,  
quando inhabilem ad se obligandum pupillum, sua  
auctoritate idoneum facit, ut quolibet contractus ce-  
lebrare & obligari possit.*

**O**BSTAT l. fin. C. In quibus causis restituit. in  
integr. ubi scriptum est, melius esse intacta ju-  
ra pupillorum servare, quam post causam vul-  
neratum remedium querere, unde inferitur auctori-  
tate tutoris effici non posse, ut pupillus obligetur &  
deinde quod damnum ex obligatione fecit, a tutore  
reperat. Respondendum est d. l. fin. dispositionem  
eo casu procedere quo damnum præsens est. At in  
auctoritate præstanda ad pupillum obligandum de  
damno vel lucro nihil certi constat, sed fieri potest,  
ut id quod agitur ita pupillo expediat, vel quod tu-  
tor expedire id pupillo existimet, quod satis est ad  
auctoritatem interponendam §. tutor, in h. te licet  
revera non sit utile. Et hoc casu si quid in consul-  
tus tutor faciat, ut habet l. 67. §. fin. de rit. nupt.  
si quod damnum pupillus faciat, actione tutelæ a  
tutore repetit.

#### THESIS XII.

*§. r. d. t.* *Meliozem sanè conditionem suam pupillus suopte  
consilio facere potest, licet hereditatem, quantumvis  
opulentam adire eum non posse sine tutoris auctoritate  
receptum sit.*

**V**IDE TUR hæc thesis contraria proponere.  
Si enim meliozem conditionem suam facere pu-  
pilli possunt, ut opulentam quoq; hereditatem  
adire possint sequens fuerit. Facit l. quod favore de  
legib. Vbi quod favore quorundam introductum  
est illud in dispendium eorundem detorqueri non  
debere responsum est. In favorem autem pupillorum  
inductum est, ne adeant damnosam hereditatem. Id  
igitur



igitur in ipsorum incommodum non est conuertendum, nec prohibendum, quo minus hereditatem opulentam adeant. Respondendum est, quod incommoda hereditaria plerunq; lateant l. 12. Mandati, & prudentissimos quosq; fallant, cum & ipsi rerum domini plus aliquando de bonis suis sperent, quam sit in iis, § infraudem supr. tit. 6. Deinde facillimum est, & nullius ferè negotii tutoris auctoritate experere ad hereditatis aditionem, & sic omne periculum effugere. Quid, quod hereditatis aditio quasi contractus sit, unde mutua quodammodo obligatio nascatur. § heres in. De oblig. ex, q. contract. &c. Ex iis autem obligationibus mutuis pupillum non teneri §. i. h. r. definit. Et alioqui constat melius esse intacta jura pupillorum servare, quam post causam vulneratam remedium quærere. d. l. fin. C. In quibus causis restit. in integr. neces. &c. Accedat huc quod aditio, ut plurimum animi sit l. 20. in princ. De adquir. hered. In eo aut quod animi iudicio sit, tutoris auctoritas necessaria est, l. pupillus de R. I.

## CORONIS I.

*Vtrum tutor, qui actor sit perseveranter, & à negotii principio ad extremum, an verò statim atq; peractum est negotium in re presenti auctoritatem interponere debeat?*

**S**unt qui existiment tutorem ab initio negotii perseveranter usq; ad extremum adesse, & auctoritatem pupillo præstare debere. Moventur textu § tutor autem h. t. & l. obligari §. pen. eod. ubi scriptum est tutorem in ipso negotio auctorem fieri debere. Ergò non antè, vel post negotium perfectum. Sed est verius ad hoc, ut pupillus obligetur, sufficere si tutor vel in ipso negotio, vel perfecto negotio statim & in continenti in re presenti auctor fiat. In re presente presentis tutoris auctoritas interposita dicitur  
 k si statim



si statim atq; solutum, vel contractum fit, auctoritas interueniat, l. 1. De solutionib. dummodo intet contrahentem, & pupillum negocium non ita peractum sit, vt et si forte tutoris auctoritas non adhiberetur. tamen alterutri à contractu resilire non liceat l. 2. de solutionibus. Neq; verò aliam sententiam ex d. §. tutor. & d. l. obligari extruere possis. Imperator enim & Iurisconsultus ipso negotio fieri id dicunt, quod non fit post tempus, vt contextus ipse probat. In ipso negotio igitur nihil aliud est, quam vel in ipso tractatu qui habetur, vel statim atq; tractatus habitus est. Nam & quæ statim vel in continentia simul atq; tractatus habitus est, interponitur auctoritas, in ipso tractatu & negotio interposita esse dicenda fuerit. Argumēto sint pacta, quæ licet statim atq; contractus celebratus est interponantur, ipsi tamen contractui inesse, contractum parare, contractu contineri dicuntur, l. Iuris gentium de pactis l. pacta conuenia De contrah. empt. Hoc amplius quaesitum est Vtrum antè peractum negocium auctoritas interposita valeat; Et valere putauerim, si de negotio tutore plenè constet, Siue enim ante, siue statim post negotium peractum tutor auctor fiat, refert nihil, Nam & quæ contractum præcedit auctoritatis interpositio, in ipso contractu facta, vel statim contractum subsequuta fuisse videri potest, arg. §. fideiussor. in de fideiussorib. & l. 9. §. 1. De pub. in rem actione. Sed hæc ita, si tutor sciat quid agatur, & qua ratione contractus celebretur, atq; etiã quod cōtract. ille pupillo expediat, vel quod eum pupillo expedire, & vtilem esse existimet, d. §. tutor autem. Nam si initio forte contractus, dum tractatus aliquis haberi incipit, auctor fiat. de ipso verò negotio incertus, & qualiter contrahendum sit ignoret, ea certè auctoritatis interpositione nihil actum fuerit. Quæ est sententia l. nunquam in princ. De vsucap.

CORO.



## CORONIS II.

*An pupillus ex contractu naturaliter obligetur.*

**P**upillus est, qui cum impubes est, in potestate patris esse desit, vel morte vel emancipatione l. pupillus De V. S. Valla pupillum eum esse scribit, qui patrem non habeat. Male: Rectius pupillum definivisset impuberem, qui patrem non habeat. Pupilli aetates tres sunt; Est enim pupillus infans, est alius infanti proximus, est tertius pubertati proximus. Infantem Theophilus definit eum, qui adhuc lactat vel lactante paulo major est. Sed est verius infantem eum, qui septimum annum nondum egressus sit, qui intra septimum aetatis annum sit l. si infanti C. de Iur. de liberand. definire. Proximus infanti Accursio ab anno 7. ad annum decimi & semestris spacium. Proxima infanti ab an. 7. ad noni anni & semestris spacium. Eguinarius Baro proximum infanti octo annorum facit. Cuiacio deniq; & Petro Fabro proximus infanti dicitur, qui nuper infantiam egressus, linguae quidem gnarus, rerum adhuc ignarus est. Ab horum omnium sententia pleriq; recedunt, non quod probabilem eam esse iudicentur, sed quod lex, quae ea defin. probentur deficiat. Ipsi vero rem omnem Iudicis religioni committunt, cui in casib. dubiis, nec a jure decisus standum esse contendunt l. 1. De jur. dot. Quae etsi ratio vera sit, tamen cum def. ejus, qui proximus infanti est, retinetur a Juriscons. qui non solum artem boni & aequi tenet, l. 1. De justic. & jur. sed & negot. peritiam habet & hominum aetates ac condiciones definire novit, quam a iudice eius rei, ut plurimum imperito constitui possit. Et vero etiam satis sit, certam ejus rei definitionem habere, omnino jam relatam. Cuiacii definitionem retinendam existimaverim, maxime cum ea legum textibus comprobetur. Nam infanti



proximum, infantiam egressum, esse nemo sanus dubitat d. l. si infanti, nec vlla hac de re inter Interpretes, concertatio est. Eundem linguae gnarum esse primum expressè docet Iurisconsultus in l. seruum. Rempub. sal. for. Deinde eam sententiam argumentum ex l. r. §. finali de ad tut. à contrario sensu ductum euidenter probat. Infans enim qui fari nequit, opponitur ei, qui supra 7. ætatis annum est, quo ipso ostenditur infantem linguae ignarum proximum infanti linguae gnarum esse. h. e. infantem quod loquatur non animaduertere, proximum infanti quid loquatur intelligere. Eum autè qui proximus infanti est rerum ignarum esse, hoc est, non intelligere, quid agatur, ex l. pupillus De adquir. hered. & d. l. seruum, euidentissimum est. Proximus pubertati definitur ab Accursio à decimo & dimidiato anno ad 14. Proxima pubertati ab anno 9. & dimidiato ad 12. annum, cuius suæ definitionis rationem habet, quod in re dubia elegatur sententia media. §. fin. De vulg. sub: Cuiacius verò proximum pubertati dicit eum, qui nondum pubertatem ingressus, sed tamen prope eam sit, ita vt annale vel semestre tempus reliquum habeat l. non tantum in pr. De exc. tut. & qui linguae gnarus, rerum non ignarus sit l. excipiuntur in fin. De SC. Syll. Quæ certâ definitio ex ipsis legibus deprompta est, vt vix sint audiendi, qui eam carpentes, rem omnem arbitrio Iudis committunt, ratione ea, quod hominum non sit vna & æqualis condicio, sed quod ratione regionis, in qua pupilli nati sunt, vel aliarum circumstantiarum, naturæ hominū diuersissimæ sint, ita vt alii citius, alii tardius linguae & rerum cognitionem consequantur & pubescant. Sed ea ratio si vera est malè Iustinianus pubertatem anno 12. & 14. definiuit. Deinde etsi contingeret vt fortè vel ante, vel post tempus in definitiobus prædictis positū, proximus infanti vel pubertati aliquis dici



dici posset, tamen casus ille emergens non euerteret definitiones eas, quas ex iis quæ plerunq; fiunt, & frequentius, accidunt, conscriptas esse suffecerit. Plerunq; autem proximitas semestri tempore definitur, vt ex supra de. ll. tum etiam ex l. properandum §. & siquidem C. de iudic. perspicuum est. Verum isti sententiæ, qua diximus infanti proximum non intelligere quid agat, obstat l. 14. De sponsal. vbi maior. 7. annis, quid agatur intelligit. Nisi respondeatur id in sponsalibus tantum receptum esse, quasi in hoc tractatu infantib. maiores, vel quid agatur quodammodo intelligere, vel vbi ætas ipsorum aduenierit de nouo consentire, aut dissentire possint & debeant. Dicendum nunc de pupilli obligatione: Quia in re distinctione opus est; Vel enim quaeritur de obligatione pupilli, quæ tutoris auctoritate contracta est, vel de ea quæ sine tutore auctore facta est. Priore casu pupillum obligari indubium est. Tutore enim auctore pupillo omnia negocia rectè gerere pro iuris regula traditum est l. 5. De Reg. Iur. Certè pupillus infans ne quidem tutoris auctoritate interueniente stipulari vel promittere possit d. §. 7. Neq; obstat l. quamuis §. infans De acquir. possessi. vbi in possessione acquirenda iudicium infantis auctoritate tutoris suppletur, & l. seruo §. si pupilo. Ad Trebell. l. si infanti C. de iur. delib. vbi pupillus infans hereditatem acquirit tutoris auctoritate. Nam respondendum est ex regula iuris, quæ extat in l. pupillus de R. I. In eo, quod animi iudicio fit opus esse tutoris auctoritate. Possessio autem, vt plurimum animo acquiritur, pro herede quoq; gestio animi est l. pro herede l. gerit de acquir. hered. At alia est stipulationis verba congrua ab ipsis contrahentib. requirentis ratio. Non etiam obstat d. l. seruum. Nam eam non de infante, sed de infanti proximo, qui non tantum stipulari vel cum vel sine tutoris auctoritate d. l. seruum

k b d. §.



d. §. 7. sed. & promittere potest tutoris tamen aucto-  
 ritate hoc casu antecedente d. l. 1. §. 13. juncto d. §. 1. De  
 auctorit. tut. accipiendam esse docuimus. Et quod  
 seruus infantis stipuletur jure singulari ex necessitate  
 & utilitate receptum est d. l. seruum posteriore casu,  
 si pupillus infans sit, nihil valet, quod actum est, siue  
 ipse promiserit, siue stipulatus sit, §. 7. in. De inut. sti-  
 pulat. nisi fortè per seruum infans stipuletur in hoc  
 pacto, id quod agitur validum sit d. l., seruum. in pr.  
 l. 1. in pr. De V. O. Si pupillus infanti proximo sit  
 h. e. si dari possit licet quid agatur non intelligat d.  
 l. seruum propter benigniorem juris interpretatio-  
 nem d. §. 7. propter utilitarè d. l. seruum rectè stipu-  
 latur d. §. 7. d. l. seruum l. 1. §. 13. De O. & A. Denique si  
 pupillus pubertati proximus sit, cum non tantum quid  
 loquatur, sed & quid agat intelligat, d. l. excipiuntur  
 ipso jure rectè stipulatur d. §. 7. promittere verò pu-  
 pilli per se sine vlla distinctione & simpliciter vetan-  
 tur §. 1. De auctor. tutor. obligationem intelligimus  
 civilem. Queritur vtrum pupillus cum aliis sine tu-  
 toris auctoritate contrahens naturaliter saltem obli-  
 getur? Quam in quaestionem sine ætatù pupillorum  
 distinctione vlla respondendum est cum Cuiacio ob  
 libr. 1. c. 4. Pupillum locupletiore factum naturali-  
 ter obligari. Neq; enim ex illa obseruatione adstru-  
 endum est Cuiacium nullas ætatum pupillorum di-  
 stinctiones admittere, quod tamen Robertus animad  
 lib. 7 C. 23. facere tentat, iudicio non satis certo. Fa-  
 ciamus ergò pupillum quemcunq; h. e. tam infantiae  
 quam pubertati proximum (de infante enim non est  
 quod quaeramus, cum non obligetur) locupletiore  
 factum naturaliter obligari l. naturaliter §. fin. cum l.  
 seq. De condict. indeb. l. fin. pro empt l. 13. de dol.  
 mal. l. 3. §. fin. de trib. action. l. 10. de institut. act. l. 1.  
 §. an pupillum Depos. l. 8. §. fin. Ad Velleianum  
 Primum obstat l. 41. De condict. in deb. Sed est ea lex  
 de pu-



de pupillo promissore, atq; adeo non factio locupletiore. Obstat solutioni l. 1. in fine De nonat. vbi expressione pupillus obligatur. Sed facti specie ad d. l. 1. recte posita intelligitur ibi pupillum locupletioem factum. pupillus à Titio pecuniam mutuo sumpsit, eamq; in rem suam conuertit, hoc est, locupletioem se facit, postea nouandi animo eadem summam qua rem suam auxit, pro eo cui obligatus erat, promittit. Tenetur ex hac promissione, quia ex mutuo in rem suam conuerso locupletior est factus l. 127 ibi Cuius de V. O. Quod ipsa rei notario euidenter confirmat, Nec enim nouatiu fuerit, nisi prior obligatio, quæ nouatione perimatur iure subsistat. Subsistere autem non possit, nisi locupletioem pupillum factum esse adsumatur. Deinde obstat l. 59. De O. & A. vbi pupillus ex mutuo ne naturaliter quidem obligatur, Sed hoc ideo quia non est locupletior factus. Solutioni obstat l. si. eius 4. ad Trebellian, vbi pupillus ex mutuo naturaliter obligatur. Facti species duplex est in eius legis principio, Pater filium impuberem heredem instituit & Caium substituit, eumq; rogauit vt Sempronio hereditatem ex Trebelliano restitueret. Postea filio impuberi h. e. pupillo factio Titius centum mutuo dedit. Caius hereditatem restituit Sempronio, qui deinde centum Titio soluit. Respondet Iuriscons. nullam eum repetitionem habere, quia naturalis obligatio in ipsum sit transfusa. Ergo vt in persona pupilli obligatio eadem constituerit sequens est. Posterior species hæc est: Titius qui credidit pupillo centum, Caium heredem instituit eumq; rogat vt Sempronio hereditatem restituat. Pupilla sempronio centum soluit, Respondet Iurisconsultus pupillum repetitionem non habere. Ex quo dilucide intelligitur pupillum naturalis obligatum fuisse. Vt certè eorum responsio qui in huius legis specie pupillum non principaliter obligari, sed tantum quoad



heredem fideicommissarium pro obligat, haberi scribunt planè evertatur & corruat. Deinde etiam non potest plus incommodi & oneris ad heredem transire, quam fuerit penes defunctum pupillum, sed nec ii audiendi sunt, qui putant in d.l. 54. heredem fideicommissarium ideo non repetere, quòd debitum naturale agnoverit. Sua. n. responsione quod debitum fuerit naturale fatentur, nec quid dicant, intelligunt. Igitur omninò statuendum est pupillum naturaliter obligatum fuisse, h. e. pecuniam mutuam in rem suam convertisse. Nec enim apparet, quod pauperior sit factus, locupletior igitur quemadmodum in l. in pupillo §. 1. De solutionibus. Idem iudicium sit de facti specie quæ in l. 21. Ad l. Falcidiam & l. in numerationibus de solutionibus recitatur. Obstat adhuc l. 25. §. aditio De solutionibus. Sed existimaverim §. aditio, nostræ sententiæ omninò non obstare, sed eam magis confirmare. Scribit enim Papinianus creditorem, qui pupillo centum credidit, quorum 50. tantum in usus suos pupillus convertit, & rem suam auxit, si pupillo heres existat integra centum retinere h. e. tenere, habere, consequi, non sola quinquaginta, quæ alias jure tantum retineret & consequeretur. Nam verbum, retinere de ductione vel retentione quæ jure fit Papinianum dixisse ex d. §. aditio non intelligitur. Deniq; obstat l. 25. §. hæres, Quando dies legat. ced. ubi pupillus nec locupletior factus obligat. Sunt qui respondeant ibi pupillum non respectu sui, sed respectu heredis & legatarii pro obligat. haberi, vel pupillum non respectu personæ, sed respectu rerum obligari Cuiacius verò in d.l. 127 de V.O. particulam nec, à pandectis Florentinis abesse & in exemplaribus manuscriptis non reperiri testatur. Quod si sequimur, res plana est. Pupillus. n. locupletior factus obligabitur. Sed Robertus recept. lect. lib. 1. c. 7. eam Cuiacii lectionem infringit ea ratione.



tione. Si d. §. heres pupillus ex contract. cum credi-  
 tore sine tut. auctor. habito locupletior factus est, &  
 creditor illud pupilli nomen leget, utiq; utile legat.  
 erit etiam ante solut. quia scilicet ex Divi Pii rescripto  
 pro pupillus locupletior factus quasi civiliter obli-  
 gatur & actione exigi potest. At ante solut. a pupil-  
 lo nihil peti potest d. §. heres Ergo non fuit locuple-  
 tior factus. Ad syllogismum istum Cuiacius respon-  
 det, Rectè quidem ita argui posse, sed Papinianum  
 in d. §. heres, ex jure veteri quæstionem propositam  
 decidisse Quam solutionem Robertus animad lib. 3.  
 cap. 21. rejicit, quod Papinianum acutissimi ingenii  
 Jurisconsultum non facilè relicto novo & recentio-  
 ri jure, ex jure veteri responsurum fuisse credendum  
 sit, præsertim cum Justinianus testetur nullam in li-  
 bris nostris *antiquiorum* extare. Quæ Roberti opinio  
 si recipiatur, omnia illa legum capita, in quibus quæ-  
 stiones de pupillo naturaliter tantum obligato ex  
 jure quod ante D. Pii rescript. obtinuit, pertractan-  
 tur, rejicienda & rescanda fuerint. Quo ipso nihil  
 est absurdius. Et verò si ind. §. heres locuplet pupil-  
 lum factum esse negaveris, quomodo eum obligatū  
 esse potuisse jure defendes, cum certissima jur. regu.  
 sit pupillum sine tutoris auctoritate promittere vel  
 ex alio aliquo contractu debere nihil posse, etiam  
 post D. Pii rescriptum d. §. 1. Unico tantum illo casu  
 excepto, quo pupillus locupletior factus est. Deniq;  
 quia ex Divi Pii rescripto pupillus locupletior fa-  
 ctus, quasi civiliter oblegatur, & utili actione con-  
 venit l. 3. §. pupillus de neg. gest. l. 3. commod. l. 1. §.  
 an in pupillum Deposit. l. pupillus de auct. tut. l. 66.  
 de solut. aliquando juris auctores pupillum, locu-  
 pietiorem factum, naturaliter tantum obligari, ali-  
 quando utili actione teneri & conveniri posse scri-  
 bunt. Et hæc de pupilli obligatione objicitur l. 1. de  
 contract. tutel. & utili actione. ubi pupillus tutori  
 k s civiliter



civiliter obligatur. Sed loquitur Iurisconsultus de pupillo pubere factio. Nec enim tutelæ actiones inter tutorem & pupillum, sed inter eum qui tutor, & eum qui pupillus esse desit exercentur. Planè pupillum, mortuo tutore, vel eo, qui pro tutore tutelam gessit, officium deponente, statim teneri, dubitari non debet l. 1. §. 3. de contrar. & util. act. His enim casibus receptum est ut pupillus ex administratione tutoribus civiliter obligetur d. l. 1. in prin. Alias pupillus tutori suo naturaliter tantum obligatur, post D. Pii rescriptum quasi civiliter l. 5. De auctor. Præstand.

## DISPUTATIO DVO. DECIMA EX TIT. QVIBVS MO-

dis, tut. finiat. tit. xxv. de excusat tutor &c.

tit. xxvj. de suspectis tutor &c.

### THESIS I.

*Si. h. t. 22* *Finitur tutela pubertate, quæ est in maribus, annus XIV. In feminis XII Cura annuo XXV. expirat, exceptis certis casibus, si scilicet furiosus, mente captus, prodigijs, & alijs perpetua in valetudine affecta, ultra legitimam ætatem Curatores præficiantur.*

**A**NNVM cum Iustiano intelligimus completum. nec satis est pupillum anni duodecimi diem supremum attigisse. Eadem pubertatis definitio observatur in nuptiis auctore Iustiano in §. 1. sup. De nuptiis, & in Novel. 109. At in testamenti factione l. 5. Qui testamenta facere possunt in manumissione l. 1. De manumiss. in l. 12. tabularum, si quærat de usucapione anni vel biennij l. 6. de usucap. l. 15. in pr. de divers. & temp. præscript. annum completum accipimus, quando dies ultimus venit. Illo casu de momento ad momentum, hoc casu de die ad diem l. 3. §. 3. de minorib. Illo naturaliter, hoc civiliter tempus vel annum numeramus &

suppuo



Supputamus l. anniculus de V. S. illo, Supremo die incipiente, hoc exacto die annum completum dicimus d. l. anniculus. Deniq; ex variis & diversis rationibus & causis variæ & diversæ hæ temporum definitiones & supputationes promanarunt.

THESIS II.

*Etiã adrogatione, conditionis existentia, morte tam civilis, quam naturali, tutela expirat.* §. 1. 2. & seqq. d. t.

Quæ huic thesi objici possunt, in disputatione sexta, septima & nona plenissimè explicata sunt.

THESIS III.

*Sed excusatio, quæ est allegatio vocationis, siue immunitatis à tutela vel cura, ex privilegio, vel alia iusta de causa competens, à tutela incommode vacationem præstat.* t. r. 25. hic & D. 00 d. ibi Cuius.

THESIS IV.

*Ex iustis causis prima numeratur πολυπαιδία, siue liberorum numerus. Roman. enim tres liberi incolites, Italum quatuor, provincialem quinque excusant.* §. 1. d. 1.

**L**IBEROS intellige, vel in potestate retentos, vel emancipatos, l. 2. §. incolumes h. t. naturales tamen & legitimos simul. Nec enim naturales vel legitimi tantum ad tutelæ onus effugiendum profunt. Incolumes eo tempore, quo pater tutor petitur vel datur l. tutor 28. h. t. Nam nec defuncti vacationem præstant, nisi fortè in acie pro patria ceciderint, ut hoc nomine in perpetuum per gloriam vivere, & patri prodesse existimentur. Natos: Nam nascituri immunitatem non præbent l. 2. §. qui autem h. t. posth. inquit, Jurisconsultus, non prodest aliis nisi natus sit l. quod dicimus de V. S. Cives deniq; Romanos, quia capti ab hostibus à tutelæ munere non excusant. l. 2. C. de iis qui num. liberor. Ius hoc datum est parentibus, ne oneribus tutelarum graventur, qui priorum liberorum onera habent, neque



neve dum aliorum negotia administrant rebus propriis non satis benè præsent. Ita tres liberi excusant à legationibus l. i. C. de legat. lib. 10. Trium liberorū numerus à custodia & excubiis immunitatem præstat. Quinq; liberi ab omnibus in universum muneribus vacationem præbent. l. pen. & ult. C. de iis, qui num. liberorum, &c. Numerus xvj. liberorum excusat ab honoribus l. semper, de iur. immunitat. Obstat l. 24. C. de decurionibus lib. 10. ubi xij. liberi ab honoribus liberant. Cuiacius textum corruptum esse putat & mendo sublato pro xij. legendum esse xvj. scribit. Ceterum obstat thesi l. i. §. fin. De vacat. & exc. muner. ubi Ulpianus in hunc modum respondit. Quamvis sexaginta quinq; annorum quis sit, & tres liberos incolumes habeat, à muneribus tamen civilibus propter has causas non excusatur. Ex quo infertur tres liberos à tutela, quod civile munus est, non excusare. Vel cum Accursio imperfectā facti speciem in d. §. fin. proponi, quod scilicet homo Italus, aut provincialis trium liberorum numero excusare se voluerit, quæ responsio alia facti specie ibid. relata de eo qui ob annos 55. quos habebat, excusatio. impetrare tentabat, confirmari & probari potest, vel Ulpianum de ceteris in universum civilibus muneribus, à quibus numerus quinq; liberorum excusare solet d. l. ult. & pen. non autem de tutela à qua tres liberi civem Romanum excusant loqui, respondendum est. Obstat præterea l. i. C. de iis qui numer. libero. se excus. ubi scriptum est liberorum numerum ab oneribus non excusare. Sed pro oneribus reponendū esse, honoribus, Cuiacius ibidem juris ratione & auctoritate veterum ac græcorum Codicum probat.

THESIS V.

*Administratio rerum Fiscalium, Reipub. causa absentia, potestas, tria tutela non adfectata onera, paupertas, literarum inscitia, ætas maior, Professio, Militia,*



ria, & si qua alia sunt iusta causa excusationem à tutela præstantes.

**R**eipublicæ causa absentibus, & expleto munere reversis datur annus à tutela liber, Obstat l. pen. h. t. ubi reversi statim tutelam obire coguntur. Sed loquitur Jurisconsultus de veteri tutela, quam ante susceperant, quam Reipub. causa abessent. Quæritur utrum hoc casu tutor, an verò Curator substituendus sit? Curatorem dandum Iustinianus hoc titulo scribit. Contra Jurisconsulti tutorem absentis surrogandum respondent l. quæsitum de tutel. l. 3. §. si quod abfuturus. De suspect. tutor. l. 9. De tutel. & ration. distr. Abusive Tutores pro Curatoribus Jurisconsultos dixisse, sunt qui existiment. Sed est verius & rectius, Absentes Reipub. causa vel ad tempus excusari, & eo casu Curatorem ipsis substitui, ne tutorem habenti, tutor detur, vel omnimodo excusari, ut si trans mare absint & tutorem isto casu surrogari d. l. quæsitum d. l. si quis D. l. 9. Quæ solutio textu l. Verum §. ex facto, de minor. probatur, Jurisconsultus enim trans mare absentes tutelam deponere ait. Non autem deponitur tutela, à cuius onere quis ad tempus tantum excusatur. Quam etiam ratiocinationem comparatio tutorum Reipub. causa absentium, & Jurisconsultorum qui in consilium principis adsumuntur, evidenter confirmat. Hi enim in perpetuum excusantur l. Juris peritos h. t. Ergò & illi. Qua ratione quoque in regulam Juris, quæ tutorem habenti tutorem dari negat, non peccatur. Neque obstat quod forte reuersus trans mare absens tutelam iterum suscipere cogatur. Nam hanc tacitam conditionem, quæ existit, tutelæ datio non respuit l. actus §. 1. De R. I. De tribus tutelæ oneribus id notandum est, quod onera illa non ex numero personarum vel pupillorum, sed ex patrimoniorum & domuum diuersitate, & conficiendarum ac red-  
dendarum



dendarum rationum difficultate computentur. Nam fratrum consortium h. e. pro indiviso patrimonium habentium tutela una est. Fratrum dissortium pro indiviso patrimonium possidentium tres sunt tutelae l. si is qui tres §. fin. h. t. Deniq; una tutela negotiosa & diffusa pro tribus cōputatur, levissima & tenuissima tutela pro tutela non est l. 15. §. est autem h. t.

## THESES VI.

*Excusatio justa esse & rei veritate constare debet. Nam quae falsis allegationibus circumventa iudicantis religione recipitur, retractanda est, nec à tutela onere immunitatem praestat.*

## THESES VII.

§. 15. h. t. *Potest verò quis vel una vel pluribus uti excusationibus, & si in una succumbat ad aliam regredi.*

## THESES IIX.

t. t. 25. *Amplius ob perfidiam & suspicionem tutores remouentur, siue in solvendo siue non solvendo existant, siue legitimi siue dati, siue deniq; satisdare paratissimi sint.*

## THESES IX.

§. fin. d. t. *Satisdatio enim malevolum tutoris propositum non mutat, sed diutius in re familiari & pupillari grasfandi facultatem praestat.*

**O**BSTAT quod tutores legitimi, Patroni, puta & parentes de suspecto postulari non possint, cum famae istorum parcendum sit h. nostro tit. Respondendum est Patronos tanquam suspectos iure removeri, sed ita ut famae ipsorum parcatur. Dices qui fieri potest, ut postulatio hæc famosa in patronos intenteretur, sine infamiae irrogatione & estimationis macula? Dicam postulationem hanc verbis temperatam ordinandam & instituendam esse, ut bonæ fidei mentio fiat, quemadmodum in l. ii. in fine de dolo malo, h. e. ne patroni vel parentis dolo, sed sua simplicitate vel patroni, aut parentis incuria vel occupatione lædi & circumscribi se dicat.

THE.



THESIS X.

Est hac suspecti postulatio & accusatio, quasi pu-  
blica, & ob id curis permessa, in tantum, ut a. ulie-  
ribus etiam ad hanc accusationem, vel pietate neces-  
situdinis, vel intuitu properata in pupillos pietatis se-  
rus verecundiam non egredientibus venire licitū sit.

S. 3. d. 10

THESIS XI.

Finita tutela ratio administrationis tutela red-  
denda est. Ad hoc tutela directa, de rationibus distra-  
hendis, & in magistratum subsidiaria, aliaq; nonnulla  
pupillo competunt.

t. r. D. De  
tut. & ratio  
distract.

THESIS XII.

Tutori vero contrarium tutela iudicium datur,  
ad repetendum id, quod de suo in rem pupilli im-  
pendit.

t. r. D. De  
contrar.  
tut. al.

De his actionibus sub titulo sexto libri quarti fa-  
ciente Deo agemus.

CORONIS I.

Tutela utrum munus publicum sit?

**D**E hac quaestione ita habendum est. Utilitatis pu-  
blicae respectu tutela munus est, & dicitur publi-  
cum, quod publice omnium intersit orbos &  
pupillos tueri & defendere l. 2. §. Divus Severus.  
Qui per. tut. Neq; obstat l. 6. §. tutela D. h. t. Quia  
aliud est publicum munus, longè aliud Reipub mu-  
nus. Hoc tantum directò & principaliter, vel sal-  
tem ex consequentia Reipub utilitatem concernit.  
Hujus generis tutela est. Ea enim principaliter mu-  
nus est privatum, nec ad Rempub spectat, quia de re  
privata & familiari pupillorum tantum est, & domo  
eorundem concluditur, atq; hoc est quod Juriscon-  
sultus Ulpianus in l. 2. Ad municipal. Re p. inquit, ni-  
hil quoad rem pecuniarum attinet, interest pupillis  
tutores dari. Ex his liquido constat, ex consequentia  
tantum tutelam ad Rempublicam pertinere. Publi-  
cum ergò non Reipub. munus esse.

CO.



*An oblat in culpa in suspectus factus & remotus,  
famosus sit, nec ne?*

**I**N §. suspectus hoc nostro titulo, Imperator Iu-  
stinianus ob dolum remotum famosum fieri, ob  
culpam non æquè scriptum reliquit. Inde quæstio  
inter Interpretes exorta est de intellectu vero voca-  
buli C V L P A E. Sunt qui per culpam eo loco  
tam latam quam leuem intelligant & ob latam etiam  
culpam remotos infamia notari negent: idq; ideo  
quod Edictum de infamia Vtpote odiosum non sit  
extendendum sed coarctandum c. odia ext. de R. I.  
in 6. Ad dolum igitur solum, non etiam ad latam  
culpam extendendum. Deinde quod Imperator in-  
definitè & indistinctè loquatur, De qualibet igitur  
culpa. Sed verius est Imperatorem nostrum culpæ  
verbo leuem tantum culpam significare, cum semper  
simplici culpæ appellatione leuis tantum intelligatur  
l. contractus de R. I. & Impp. in l. ult. C. h. t. vocat-  
bulo Negligentiæ vtantur. Per negligentiam autem,  
leuis tantum culpa venit. §. præterea in. Quibus mo-  
dis re contrahat. obligat. l. socius socio 72. Pro socio  
Quinetiam non tantum in omnibus ferè aliis juris  
articulis lata culpa pro dolo habetur l. quod Nerva  
de pœn. l. magna. Deposit. sed & in hoc ipso suspecti  
crimine. Nam vt Iuriscosultus Vipianus in. l. 7. §. 1.  
h. t. ait, Lata negligentia prope fraudem accedit. Neq;  
verò obstant, quæ in contrarium adducta sunt Nam  
quod dicitur, Odia esse restringenda, illud hoc casu  
locum habere non potest, cum ipse textus in d. §. 1.  
hanc extensionem inducat. Deinde non refragatur,  
quod Imperator indifferenter & simpliciter loqua-  
tur. Nam vt antè diximus, vbi simplex & indif-  
ferens culpæ mentio fit, ibi leuem  
intelligimus,

F I N I S.



u-  
ob  
io  
a-  
co  
m  
eo  
fic  
I.  
m  
n-  
ur  
ae  
er  
ur  
t-  
n)  
of  
io  
ris  
ua  
eti  
l.  
eq;  
um  
fu  
i.  
r)  
12<sup>m</sup>  
E  
nt  
nt  
113








Kc 2934


(x221 796)

*[Faint blue ink scribble]*









LIBER PRIMVS  
DISPVTA  
TIONVM IV  
RIS CIVILIS.

Ernesti Cothman  
Lemgovij.



VVITEBERGAE,  
Ex Officina Cratoniana,  
M. D. XC.

